



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.  
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

**Potesta, Felice**

**Coloniæ, 1712**

Pars V. De Censuris, & Poenis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40060**

# PARS QUINTA

## De Censuris, & Pœnis.

### CAPUT VI.

#### De Censuris

4324 **C**ensura, est pœna spiritualis, & medicinalis pro culpa inflata, prius usu aliquorum spiritualium honorum per Ecclesiam potestatem imposta ut fidelis baptizatus a contumacia discedat.

4325 Censura est triplex: Excommunicatio, Suspendio, & interdictum. Irregularitas non est censura, seu pœna medicinalis; sed impedimentum Canonicum, & inhabilitas ad Ordines, Beneficia, Officia, &c.

4326 Ad validitatem censuræ, 1. Requiritur culpa, 2. In censura ferenda ab homine requiritur trina monitio; nisi urgens necessitas aliud suadeat: c. *Sacro, & c. Statutum de sent. excom. in 6.*

Insuper, quod feratur in scriptis cum expressione causæ, & nominis tam ejus, qui fert, quam ejus contra quem fertur censura, c. *In causis de sent. & re judic.* In censura verò à jure non requiritur monitio; quia ipsum jus præcedens est continua monitio. Ceticatus c. 147. ex Mastuo in *Theol. moral. dsf.* 13. nu. 15.

Unde non potest ferri censura pro delicto præterito, aut non completo; ac proinde requiritur, ut præcedat monitio.

4327 Subiectum censuræ est solus homo vivus, baptizatus, rationis & doli ca-

pax, subditus ejus, qui fert censuram 4340. Unde ( ut recte advertit Cetero locuste non dicuntur excommunicati maledicti: v. n. 1773.

Nec mortui dicuntur excommunicati declarati incurrisse in censuram ante mortem; & si dederint signa penitentie ante mortem absolventur, seu absolvi debentur ad effectum sepulturæ Ecclesiasticæ: *A Nobis, 2. c. Sacris: v. n. 4378.*

4328 Communitas, aut collegium test ligari suspensione, & interdictione: *De sede vacante de sentent. Excom. in 6. in 6.*

4329 Potestatem ferendi censuram, & Episcopos, habent legati Pontificii, sint legati à latere, sive nati, sive nullatenus legati de *Off. leg. in 6.* Concilium Provinciale Archiepiscopi, & Diocesanum Episcopi, Capitulum sede vacante: quibus successore in ta jurisdictione, tam ordinaria, quam ordinaria Episcopi; Inquisitores, quibus legati Sedis Apostolicæ, Prelati Regales, videlicet Generales, Provinciales, Abbates, Guardiani, Priores, ex c. *tam in Eccl. Majoris. Sobed. Vicarius Capituli Sedis Apostolicæ. Ex Trid. sess. 24. de reform. c. 16. Vicarius pæ. Vicarius Provincialis Episcopi, Vicarii foranei, quia hi non faciunt censuram nisi cum Episcopo.*

4330 Potestatem ferendi censuram communi non habent Archidiaconi, & schipresbyteri, nisi auctoritate Episcopi



4331. Censura lata contra facientes, non comprehendit mandantes, & consulentes, nisi sit expressa clausula comprehendentibus, & illi quoque cooperantes; quia odia non sunt extendenda.

4332. Quatuor sunt causae, quae excusant in cursu censurae, prima est ignorantia inchoata juris, aut facti, cui est annexa censura. *cap. si vero & cap. 2. de sent. excom. in 6.* Secunda est lata contra praesentes, & scientiam; unde ab ea excusat ignorantia crassa, & minimè ignorantia affectata, & non ad eam ignorantiam, non habetur contumacia; ad incurrendam autem censuram requiritur contumacia: *v. n. 3259. & tom. 2. a. 6574. ad 383.*

Contumacia est, cum quis sciens, rem aliquam esse prohibitam ab Ecclesia sub censura, seu sub excommunicatione, nihilominus committit.

Quarta advertentia etiam excusat; quia aequivalet ignorantiae.

Secunda est impotentia, sive physica, sive moralis; unde non incurrit censuram contra rem alienam latam, qui non habet quod restituere; Nec qui ob metum gravem, aut facere aliquid, quod sub censura praescribitur; in priori namque casu ad impotentiam physicam, & realem, in posteriori ad impotentiam moralem. Metus gravis erit metus mortis, infamiae, jacturae honorum, & similibus damnorum: *v. tom. 2. a. n. 37. & a. n. 266.*

Tertia est appellatio legitime interposita

ad Superiorem post comminationem censurae ab inferiori facta, antequam incuratur.

Hinc Leander de censuris tract. 1. disp. 1. qu. 39. docet, non posse Praelatum, seu Judicem, qui potestatem habet ferendi censuras, illas ferre contra eum, qui antea legitime appellaverat, aut reculationem fecerat: quod tanquam certum tenet, & probat. Quia appellatio, in tempore facta, suspendit usum jurisdictionis in Judice; ut habetur expressè in *cap. Romana, & cap. Si à Judice de appell. in 6.* & ibi Glossa ver. *Teneris*. Idemque omnino facit recusatio Judicis, facta, antequam sententiam excommunicationis, vel alterius censurae ferat, ut habetur etiam expressè, *cap. Quoties Episcopi 2. q. 6.* & ibi Glossa. *Appell.* Sic omnes. Ugolin. *tabul. 1. cap. 2. §. 22. & 13.* Filiaccius tract. 11. cap. 2. quest. 9. nu. 40. Corneio tract. 5. de cens. in genere disput. 2. dub. 4. vers. *Infero certo*. Regid. disput. 13. de censur. dub. 5. n. 35. Alter. lib. 3. de censur. disp. 5. cap. 1. per totum: qui verò cum eommuni contrarium docet, loquendo de appellatione non facta in tempore, hoc est facta post latam sententiam excommunicationis, vel alterius censurae, quòd scilicet, tunc appellatio non habeat vim suspendendi, ex *c. Ad reprimendam, de offic. Ordin.* sed solum devolventi, ut superior possit cognoscere de justitia excommunicationis.

Quarta est prorogatio termini facta ab eo, qui censuram tulit. Clericatus *cit. num. 23.* ex Maistro.

4333. A censuris à jure, si non sunt reservatae, absolvi potest quilibet Confessarius in Foro interno conscientiae: In foro exteriori Superior censurati, *cap. Nuper, de sentent. excomm.* Si sint reservatae, ab eo, cui sunt reservatae, aut ejus Delegato, vel ad id privilegato, vel à Superiore ejus, cui sunt reservatae, de quo fuscè dictum est de casibus reservatis.

Pppp 2

A cen-



A censuris ab homine, non nisi ab eo, qui eas tulit, aut successore, & pariter ab ejus Superiore, aut delegato; excepto mortis articulo, in quo quidem quisvis Confessarius potest à quibusvis censuris absolvere, sub onere, ut elapso periculo coram Superiore compareat, ad exequendum, quod ille prescripserit, *cap. Eos, de sent. excom. in 6. aut fuisse in loco cit.*

4334 Potest quis pluribus censuris ligari. Item potest quis ab una absolvi, & non ab aliis, ad differentiam peccatorum.

4335 Censuris ligatus, non potest à peccatis absolvi, nisi prius à censuris absolvatur, loquendo de excommunicatione. Clericus *cit. in. 26. ex D. Thoma 3. par. quest. 42. art. 2.* quia excommunicatus est incapax susceptionis Sacramenti.

4336 Forma absolutionis à censuris non habet præfixa verba, sed potest dari verbis experimentibus absolutionem censuræ, à qua sit absolutio. Pro foro verò exteriori habetur in Rituali Romano.

4337 Non potest à censuris absolvi ad reincidentiam, nisi ipsemet, qui eas infligere valet. Mendo *in epist. sub propriis titulis.* Clericatus, & Magistratus civitatis. Plura habes in toto corpore operis in propriis materiis, maximè in tomò 2. de Monitoriis.

#### DE EXCOMMUNICATIONE.

4338 **E**xcommunicatio, est censura Ecclesiastica, privans hominem Christianum bonis fidelium communibus.

Bona communia fidelium sunt tria. 1. Sacramentorum participatio. 2. Orationes, & suffragia Ecclesiæ: videlicet orationes nomine Ecclesiæ, Sacrificia, & Indulgentiæ. 3. Exterior conversatio. Non privat omnibus bonis spiritualibus, nempe gratiâ, & aliis virtutibus, ut in *num. 3123.* sed his

tribus; quia hæc tria directè sub participati-  
testati Ecclesiæ. Nec privat bonis spiritualibus particularibus, v. gr. effectu orationum, quas aliquis privatim, & ut peccatorum pro-  
ae nomine proprio excommunicatus non  
fort, sed communibus.

4339 Excommunicatio convenit censuræ, & interdicto, in ratione generalis, & pœnæ medicinalis; & interdictum, quia suspensio, & interdictum non privant hominem exercitio activo, aut participatione officiorum, minime exteriori executione: *v. num. 4403.*

4340 Subjectum excommunicationis est homo baptizatus; quia per Baptizatum non fit subditus Ecclesiæ, & sub ejus jurisdictione. Hinc Apost. 1. ad Cor. 5. *Quæ sunt vobis, quæ foris sunt, indicare: licet Minorum, & Regularium privilegia non excommunicari: vide Clem. IV. apud ver. Exemption. 9. Dianam par. 3. et 2. Verticelli.*

4341 Excommunicatio est duplex, minor & major. Minor est, *Quæ privatur participatione passivâ Sacramentorum, Dignitatum, & Beneficiorum: in cap. de sentent. excomm. Major est, Quæ privatur communibus Ecclesiæ tam activè, quam passivè.*

4342 Unde excommunicatus excommunicatione minori non privatur participatione activâ, nec suffragiis communibus Ecclesiæ, *de h. bus num. 7328.* Nec communicatione exteriori in civilibus, quam in Sacris, *Missam, Divina Officia, &c. sed in quiete sine peccato uti.*

4343 Injuri per Suarium, & alios *in diff. 1. 3. n. 35.* non peccat, nisi injuriam ministrando; quia non est participatione activâ Sacramentorum, tantum passivâ. Sed probabilius est



## EXCOMMUNICATIO MAJOR

4348 **P**Rivat bonis communibus Ecclesie tam active, quam passive, nempe 1. *Participatione activa, & passiva sacramentorum*; ad ministratone scilicet, & receptione. 2. *Suffragiorum communium Ecclesie*; quae videlicet à Clericis, tanquam Ecclesie ministris, pro fidelibus offeruntur. 3. *Indulgentiarum*. 4. *Communicatione in divinis Officiis*; ita ut non possit audire Missam, nec divinis Officiis publicis assistere. Tenetur tamen Clericus excommunicatus, si sit in sacris, aut beneficiatus, officium privatim, & solus recitare, se abstinendo ab illis verbis: *Dominus vobiscum*. 5. *Electioe ad beneficia, & jurisdictione Ecclesiastica in foro exteriori*; & ideo si est Episcopus, non potest valide excommunicare. Item fructibus beneficii, ac pensione, non tamen fructibus patrimonii, cum non sit beneficium Ecclesiasticum. 6. *Sepultura Ecclesiastica*. 7. *Communicatione forensi*, seu civili, & humanâ cum aliis fidelibus: v. num. 1321.

4349 Qui effectus explicantur hoc versu:

*Or, orare, vale, communio, mensa, negatur.*

*Or*, significat allocutionem per verba, litteras, nutus, & qualibet alia signa externa amicitiae, ut amplexus, oscula, &c. *Orare*; idest simul cum excommunicato orare, aut Officium recitare: *Vale*; idest excommunicatum salutare, aut alio modo verbis, vel gestis honorare: *Communio*; idest quavis societas habitatione, exercitio aut contractu: *Mensa*; idest cum eo in eadem mensa comedere.

4350 Item excommunicatio major est duplex, à jure, & ab homine. *A jure*, est il-

pppp 3 la.



la, quæ est lata per aliquod jus, & habet rationem legis; adeoque obligat perpetuò, & permanentè; tales sunt excommunicationes late in Sacris Canonibus, ut in Bulla Cœnæ Domini, &c. *Ab homine* dicitur illa, quæ est à superiore lata per modum præcepti, & transeuntè pro aliqua actione particulari, ut fiat, vel non fiat; & hæc amplius non obligat, sed expirat morte ferentis. Sensus tamen est ut qui, mortuo ferente, contra præceptum delinquit, non ligetur excommunicatione; at qui reperitur jam excommunicationem incurrisse, omninò debet ab ea absolvi, ut in tom. 2. num. 52. vide hic propos. 44 ab Alex VII. datæ.

4351 Excommunicatio ab homine est duplex Generalis, & Specialis: *Generalis* est, quæ fertur à Superiore contra plures, aut omnes delinquentes alicujus speciei: *Specialis* est, quæ fertur à Superiore contra aliquam determinatam personam, Exemplum primi; si Superior excommunicationem ferat contra omnes, qui talia furati sunt, aut retinent, ut restituant. Dicitur ab homine, quia est lata à superiore, non perpetua per modum juris, seu statuti: dicitur Generalis, quia ad plures, seu omnes dirigitur. Exemplum secundi: Si Superior excommunicationem ferat contra Petrum ut restituat. Portellius *ver. Excom. num. 17.*

4352 Insuper excommunicatio major est duplex, lata sententiæ, & ferenda: *Lata* est illa, quæ commisso delicto statim incurritur. Talis est, 1. Si sit expressa per verba presentis, aut præteriti temporis: *Excommunicatus est: Excommunicatus est: Excommunicatum volumus.* 2. Si per verba imperativi modi *Incidas in excommunicationem.* 3. Si addatur particula, *ipso jure, ipso facto sine alia declaratione, &c.* quia hæc nullius actionem expectant.

4353 Ferenda est illa, quæ non habet commisso delicto incurritur, sed postmodum dicitur sententiæ. Talis est, 1. Si sit lata per verba futuri temporis, *excommunicatus eris.* 2. Si per verba conjunctivi, *excommunicatus sis.* 3. Si verba sint comminatoria, v. g. *vitari excommunicari, sub pena excommunicationis, sub interminatione anathematis, &c.* aliud ex adjunctis colligatur. Idem de suspensione, & interdicto.

4354 Excommunicatus excommunicatione majori, alius est toleratus, seu vitandus, alius non toleratus, seu vitandus. *Vitandus* est ille, cum quo fidelibus communicare prohibetur; sed vitari debet non tantum tanquam membrum putridum, immunitio fidelium separatim. Ut a vitandis vitandus, per Concil. Constantinense notatur, quod sit nominatim & in individuo iudice publicè denunciatus excommunicatus, quod sit in scriptis per publicum notionem; vel ut sit publicus, & notorius percussor Clerici, ita ut nullà valeat tergitione celari; hic ex jure, etiam sine nominatim denunciatus talis, est vitandus.

4355 Non vitandus est ille, quilibet excommunicatus, non est tamen nominatim denunciatus talis, nec est percussor Clerici: cum hoc communitate fidelibus tam in divinis, quam in civilibus communicare: Hinc in Germania licet cum hæreticis communicent, quamvis sint publici hæretici, non sunt nominatim denunciati tales.

4356 Id autem est à Conc. Constantiensi. *Ad vitanda* statutum in generalibus & communi aliorum fidelium, ipsorum excommunicatorum, constituitur: *Per hoc autem non intendimus communicatos, suspensos, vel interdictos, quos relaxare, aut eis quomodolibet*



unde ipsi excommunicati, licet non sint nominatim denunciati tales, debent se gerere, ut excommunicati, adeoque à communicando in prædictis cum fidelibus se abstineant.

4357 Excommunicati igitur vitandi sunt in communibus Ecclesie suffragiis, quæ licet sunt auctoritate publicâ, aut nominatim Ecclesie; exceptâ feriâ sextâ in Parasceve, quo die Pia Mater Ecclesia ob mortem temporis orat pro Infidelibus, hæreticis, & schismaticis. Unde qui alio die diuinas Orationes faceret, peccaret mortaliter. *Arctianus cap. 148. num. 12.* Quod est veritas de contritis, nisi prius absoluantur. *xx. cap. A nobis de sent. excomm.*

Excommunicati non possunt ingredi Ecclesiam, nisi ad prædicationem audiendam, præcipue in lib. 5. cap. *Responsio, de sent. excomm. n. 1. & 7.* & *Leander de censuris tr. 2. c. 43. & 4.* qui idem de ingressu ad orationem, oratione tamen privatâ, minimè oratione publicâ, quia in hæc cum aliis communicando ei prohibetur. Item dum modo tunc non celebraretur, nec Officia divina perferantur.

4358 Pro excommunicatis toleratis, qui licet non sunt nominatim denunciati tales, sed sunt publici percussores Clerici, Navar. et alii affirmat, nos posse orare Oratione publicâ, & nomine Ecclesie; quia sicut non debent communicare cum illis in divinis, ita neque pro illis Oratione publicâ orare. Unde tenet eos non esse privatos suffragiis communibus.

Sed probabilius dico cum communi eos et privatos suffragiis communibus, & pro illis non posse pro illis oratione publicâ orare, quia Cone. Constantiensis edidit Excommunicationem. *Ad vitanda*, ut dictum est (in communibus, & gratiam fidelium non excommu-

nicatorum, minimè in gratiam ipsorum excommunicatorum; adeoque disposuit, fideles posse communicare cum illis, etiam in divinis, ne paterentur incommodam recedendi à sacro ob excommunicati tolerati præsentiam; noluit autem ipsos excommunicatos in aliquo directe revelare, uti esset, si fideles possent pro illis oratione publicâ, aut privatâ, sed nomine Ecclesie orare. Intentio Extravagantis liquet ex ipsis verbis *num. 4356.* relatis; unde sicut fideles non poterant ante Extravagantem publicâ oratione, aut privatâ, sed nomine Ecclesie, pro illis orare, ita nec post illam.

4359 Loquendo verò de oratione privatâ, licetè possumus pro excommunicatis tam toleratis, quàm non toleratis orare. Ita tenet communis, & præxis desumpta ex pietate Ecclesie, quæ dum excommunicatos à fidelium communione excludit, intendit eos suffragiis communibus, minimè privatis, privare. Inò docent Doctores, quòd in *Memento*, possit Sacerdos pro illis orare, non ut Minister Ecclesie, aut ejus nomine, sed ut privata persona, & nomine proprio; quia licet *Memento* sit pars publici Sacrificii, non prohibetur Sacerdotum eo orare privatim, & nomine proprio, pro quibus ipse voluerit. Idem dicunt de aliis publicis precibus, si orans intendat orare ut privata persona, & nomine proprio, minimè nomine Ecclesie.

4360 Demùm in casibus recensitis, in quibus non licet orare, peccatum mortale est orare (nisi ignorantia excuset) ob irreverentiam, & irreverentiam erga Deum, contra ejus voluntatem oratur: *vide tom. 3. num. 239.*

4361 Cum excommunicato tamen vitando conceditur fidelibus posse licetè communicare in quinque casibus, hoc expressis verbis.

VIII



*Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.*

*Utile*, significat utilitatem spiritualem ipsius excommunicati, admonendo, ut resipiscat, aut utilitatem temporalem ejus, qui cum illo communicat, v. gr. petendo debiti solutionem: *Lex*, significat obligationem reddendi id, quod illi justè debetur; sic uxor debitum illi reddit, & debitor ei debitum solvit: *Humile*, subiectionem; sic excusantur filii familias, uxor, serui urbani, aut rustici: *v. tom. 2. nu. 41. Res ignorata*, ignorantia inuincibilis juris, aut facti excusat: *Necesse*, significat necessitatem spiritualement, aut temporalem notabilem, siue ipsius excommunicati, siue alterius; hinc potest quis ei grauius indigentem victum dare, & in graui necessitate ab illo elemosinam petere: *v. num. 3245.*

3246 Sub necessitate comprehenditur vis, & metus grauis cadens in vitum constantem, hic namque excusat ab incurfione censura: *v. n. 4333.*

4363 Extra quos casus, qui communicat cum excommunicato vitando, incurrit in excommunicationem minorem, ita ut si communicet in diuinis, peccet mortaliter, si in ciuilibus, venialiter: *vide tom. 3. n. 345.*

In diuinis, seu in Sacris communicare, qui cum eo se immisceat in recitando Officio diuino, in audiendo sacro, in Processione, & aliis publicis Officiis diuinis. Quid autem tunc agendum, dictum est in tom. 3. num. 345.

At in Concionibus tolerari posse etiam non toleratum, ait Clericatus c. 148. nu. 18. c. Si quis Episcopus q. 9. 3. c. Is qui de sentent. excomm. in 6.

4364 Qui cum excommunicato excommunicacione maiori vitando communicat in eodem crimine, propter quod est excom-

municatus, incurrit eandem excommunicationem maiorem, similiter toleratus, si illa est reseruat, & dicitur participare crimine criminoso: talis est, qui communicat, quia restituere non vult, cum communicat, suadendo, ut non restituat, & contumacia confirmando.

4365 Communicans cum excommunicato excommunicatione minori, etiam denunciato, ministrando illi sacramenta, peccat mortaliter, sed nulla censuram incurrit, nec potest ab eo recipiendo, quia excommunicatus excommunicatione minori, licet non sacramenta recipere, potest ea ministrare: *v. n. 4343.*

4366 Qui dubitat, an aliquis in excommunicatus, & denunciatus, non debet illum vitare, quia se exponeret peccato iniuriam irrogandi. Tenetur autem vitare, si sit periculum faciendi actum inuidiosum, quo dubitas, an sic excommunicatus, & denunciatus, qui careat iurisdictioe, & ad illam absolutionem conferre non potest: *v. n. 4343.*

3247. Excommunicatio minor incurritur propter peccatum veniale, ut in an. 2. Excommunicatio vero maior fertur non propter peccatum veniale, sed propter peccatum mortale, quia est peccatum mortale, quia eius materia est peccatum mortale.

4367 Excommunicatus excommunicatione maiori, etiam toleratus, si sacramenta recipiat, vel aliis administrat, peccat mortaliter, & insuper irregularitatem incurrit, non recipiendo, sed administrando. *Excom. Cler. excom. ministr. Sc. Is qui de sentent. in 6. Ignorantia, aut metus excusat, quia enim, & metus, ut saepe dictum est, excusat, & poenis Ecclesiasticis excusat: *v. n. 4332.**



4168 Excommunicatus excommunicati-  
one capiti, illicitè, sed validè Sacramenta  
capit, excepto Sacramento Pœnitentiæ ,  
num. 4345.

4169 Item illicitè ( ut dictum est Sacra-  
mentum administrat, sed validè, excepto Sacra-  
mento Pœnitentiæ, quod validè administrat,  
sed toleratus, ex Extravag. num. 4356. rela-  
tione est toleratus, aut est publicus percussor  
Clerici; quia Sacramentum Pœnitentiæ ,  
non administratur per modum iudicii, ex-  
cepto in Ministro jurisdictionem, quâ ex-  
communicatus non toleratus, aut publicus  
percussor Clerici, est privatus.

4370 Excommunicatus excommunicati-  
one majori, etiam toleratus, non potest va-  
lidè ad dignitates, & beneficia promove-  
ri, & si promoveatur, actus est nullus; nec  
ad hoc ignorantia excusat; quia igno-  
rantia excusat à culpa, & pœna, sed non  
pœnet defectum conditionis requisitæ à ju-  
risdictione actus.

Collatio beneficii facta in excommunica-  
tione, non revalidatur per absolutionem ab  
excommunicatione, sed beneficium est de-  
bet conferendum à potente illud conferre;  
si debet fieri recurrit ad S. Pœnitentiariam  
pro beneficii revalidatione, quàm pro  
peccatum

4371 Beneficiis verò ante excommunica-  
tione obtentis non privatur ante Judicis  
sententiam, non obstante, quòd in jure dica-  
tur ipso facto privatus, ob dicta num. 180.  
Iam docent de fructibus beneficii ante  
excommunicationem obtenti, sed tempore  
excommunicationis perceptis si per se aut  
per Vocatum satisfecit officio; quia tales  
fructus percipere non est communicare cum  
fructibus, Sanch. Vasq. & alii apud Ma-  
rtin. cit. qui probabilis putat cum Sua-  
reze, Exam. Ecclesiast. Tom. I.

rio, & Toletò, quòd teneatur fructus resti-  
tuere ante sententiam.

4372 Validè autem beneficia alijs confert  
excommunicatus, si est toleratus, ob Extra-  
vag. & rationem relatam à. n. 4356. invalide,  
si non est toleratus; unde tunc provisus dici-  
tur intrusus; adeòque absque ulla alia decla-  
ratione tenetur beneficium dimittere, & re-  
stituere fructus, cap. Quia diversitatem, de  
concess. prab. cap. Tanta, de excessib. Pralat.

Et universaliter actus jurisdictionis, quos  
excommunicatus activè exercet in alios,  
sunt invalidi, si non sit toleratus; validi ta-  
men sunt, si sit toleratus, ob recensitam Ex-  
travag. eo namque ipso, quòd Ecclesia in  
favorem, & commodum aliorum fidelium  
eum permittit, & tolerat, indulgens commu-  
nicationem cum illo in receptione Sacra-  
mentorum, beneficiorum, &c. ab eo, suffi-  
cientem jurisdictionem illi relinquit ad ea  
validè conferenda.

4373 Excommunicatus est privatus com-  
municatione forensi, vel judiciali; adeò-  
que non potest stare in Judicio, ut Ju-  
dex, Testis, Actor, Procurator, Nota-  
rius, &c. ex pluribus juribus, si non sit to-  
leratus, secus si sit toleratus; tunc nam-  
que validè dictos actus exercet, sed illicitè,  
nisi ignorantia excuset, aut dictos actus  
exerceat ad vitandam mortem, infamiam,  
& alia pericula, ac damna; ut regulariter  
dictum est in alijs actibus.

4374 Contractus facti ab excommunica-  
to non tolerato, putà venditionis, loca-  
tionis, &c. si facti sunt ab eo ratione publi-  
ci officii, v. gr. Praelati, Tutoris, Curatoris,  
&c. sunt invalidi, ex cap. Veripatus, de dolo,  
& contumacia. Ratio est, quia talis excom-  
municatus est privatus officio, & beneficio;  
adeòque caret jurisdictione, atque inde  
ejus contractus sunt invalidi. Sunt autem

Q999

validi,







QUÆRES I.

communicatione per annum, sit suspectus de  
... & contra eum possit à S. Tribunali  
... ex Trid. sess. 25. cap. 3. ut in como. 2.  
... resolutione ab excommunicatione, de  
... sententia, &c. dictum est supra de  
... generis.

Quæritur An laicus non tonsuratus possit ab  
... ab aliis censuris, seu à censuris absolvere,  
... in articulo mortis.

Respondendum est, regulam esse, quod  
... potest ligare, potest & absolvere,  
... Qui condemnare, ff. de  
... Potest autem Summum Pontificem  
... plenitudine potestatis, delegare, &  
... de plenitudine potestatis, delegare, &  
... ferre laico potestatem ferendi censu-  
... Leander de censur. tr. 1. disp. 2. §. 1.  
... innumeris Doctoribus; quia  
... potest facere laicos capaces rerum  
... ac proinde jurisdictionis spiri-  
... tenet de for. mixtis; quia Or-  
... de Jure Canonico est re-  
... potestatem ferendi censuras; un-  
... ferendum censuras non est necessa-  
... Ordinis, sed jurisdictioni. Con-  
... Summum Ponti-  
... potestatis committere  
... ut ab excommunicatione  
... censuris absolvat.

Hoc autem parum nobis refert; quia  
... non est speculativa, & me-  
... sed realis, & practica; unde pro-  
... quod de potentia absoluta,  
... quod regulariter, de facto, &  
... ac proinde.

Dico laicum non tonsuratum non posse  
... à censuris absolvere. Leander  
... disp. 17. cum innumeris apud ip-

sum. Quia ex nullo jure constat, quod Sum-  
mus Pontifex hanc facultatem absolvendi  
censuris concesserit laico, saltem pro articulo  
mortis; sed potius constat oppositum.  
Nec id est contra pietatem Ecclesie; quia  
censura ratione sui non impedit gratiam, &  
animæ salutem, ex num. 3. 123. Insuper auferri  
potest post mortem, ex num. 43. 27.

QUÆRES II.

4387 An Clericus tonsuratus possit à cen-  
suris absolvere in articulo mortis?

Certum est, quod Clericus primâ tonsu-  
râ initiatus possit censuris ligare, quia  
potest jurisdictionem spiritualem habere, pu-  
tâ si sit Vicarius Generalis; unde Clerico  
tonsurato potest delegari, & committi po-  
testas ad ligandum censuris, sic pariter ad  
absolvendum ab illis. Leander cit. tam tr.  
1. quàm tr. 2. v. num. 4535.

Imò sicut potest ligare censuris non so-  
lum pro foro exteriori, verum etiam pro  
foro poenitentiae, seu interno conscientiae,  
ita & absolvere, si ad id jurisdictionem ha-  
beat, seu commissionem. Quia tamen non  
potest à peccatis absolvere, cum ad hoc re-  
quiratur potestas Ordinis Sacerdotalis, ex  
101. 3. à n. 170. ad 182. sequitur, quod à so-  
la censura possit absolvere, minime à censu-  
ra, & peccato. Leander tr. cit. q. 4. Quæ ab-  
solutio facilius potest à Clerico tonsurato  
prædicari; quia absolutio à censuris potest  
imò debet præmitti ad absolutionem à pec-  
catis, ex num. 43. 35. & simul dari potest extra  
Sacramentum, His præmissis

4388 Dico, Clericum primâ tonsurâ ini-  
tatum non posse in articulo mortis à cen-  
suris absolvere, etiâ si nullus sit præsens Sacer-  
dos. Leander cit. tr. cit. 2. disp. 17. qu. 6. Pro-  
batur; quia Clericus tonsuratus non potest à



cenfuris absolvere, nisi ex speciali commiffione, aut delegatione; in iure autem nulla habetur talis fpecialis commiffio, nec delegatio pro articulo mortis, fed potius oppofitum; nam Trident. *feff. 14. c. 7.* quamvis de pietate Ecclefie in articulo mortis omnem refervationem tollat, & approbationem in Confessariis non exponat, Sacerdotes tamen exprimit his verbis: *Atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet poenitentes, à quibusvis peccatis, & cenfuris absolvere possunt.*

## QUÆRES III.

4389 *An nominatus publicè denunciatus in uno loco fit vitandus in alio loco, ubi non est fit denunciatus?*

**C**astropal. apud Tamb. *com. 2. pag. 266. n. 16.* tenet [ nullam esse obligationem hic vitandi, five publicè, five occultè, illum, qui alibi fuit publicè denunciatus, quando hic occultè feitur, fed folum quando feitur publicè ] quia post Conc. Conftan. excommunicatus non est vitandus, nisi fit publicè denunciatus; *ly publicè* autem non folum refpicit locum, ubi ille fuit denunciatus, fed etiam locum, ubi fideles inveniuntur, quando vitare illum debebunt.

4390 Probabilius est, quòd etiam alibi fit vitandus, publicè tamen, fi feiatur publicè, occultè, fi occultè. Avila, Vasquez, & alii apud Tamb. *cit. n. 12.* quia per publicam denunciationem factam in uno loco, amittit ille jus ad famam in omni loco: Et ut talis fuit denunciatus pro toto orbe: *v. n. 3759.* Et licèt ex hoc fequatur, quòd ubi feitur occultè, deberet vitari publicè, hic tamen rigor fuit mitigatus à Clem. III. *in cap. Cum non ab homine,* ubi difponitur, quòd publicus excommunicatus vitetur publicè, occultus occultè.

## QUÆRES VI.

4391 *An pueri ufum rationis habuerint ante annum pubertatis, nempe antequam ceatur cenfuris, & poenit?*

**A**ffirmant de latis à iure, & negant de latis ab homine. Azorius, Vasquez, & alii apud Tamb. *in meth. com. com. 5. n. 11.*

Quoad omnes autem ligari, negant Fagundez, & alii; quia *ex c. 1. §. 2. de delictis puerorum,* pueri intra annum 14. annorum eximuntur à poenit, & ubi lex non diftinguit, nec nos diftinguere debemus. De Poenit. *cap. 3. §. 66.*

4392 Ex qua 2. fententia fequitur, pueros Clericos mutuo pugnis, &c. fe poenitentes, non incurtere excommunicationem: *quis fuadente,* ut in *num. 3766.* Imò refertur Bulla Cœnæ, & confequenter eorum cafuum cœnæ refervationem, quæ Bulla Cœnæ cafus non est telefervatus, ut in *num. 289.*

## DE SUSPENSIONE.

4393 **S**ufpenfio, *est cenfura,* quæ dicitur, *quæ aliquas Ecclefiafticas functioes, alias fibi convenientes, exercere prohibet.* Est triplex: 1. *Ab officio rationis,* Ordinis, five iurisdictionis: 2. *Ab officio tantum,* videlicet ab administratione, & percipiendis: 3. *Ab officio & beneficio fimul.* Item alia est *ab officio tantum,* ut cum quis fufpenditur ab officio fui officii, & hic nec actum Ordinis, nec iurisdictionis exercere potest; alia est *ab officio & beneficio fimul,* ut cum quis fufpenditur ab officio, & beneficio fimul, nec potest celebrare, nec valide excommunicare, &c. Alia est *in partem,* ut cum quis



sentur ab audiendis confessionibus: hic potest  
alia sacramenta administrare.

4394 Insuper alia fertur, *ad tempus pra-*  
*scriptam*, & haec absolutione non indi-  
citur elapso tempore cessat. Alia *indefi-*  
*nita* tempore praescriptione, & haec du-  
taxat per absolutionem tollatur. Alia  
*perpetua*, qua fertur in partitionem, & vin-  
dicitur delicti commissi, & haec non est cen-  
sura, sed pura poena. Alia est *medicinalis*,  
remedio delinquentis intenditur, &  
est propria censura. Denique alia est  
censura *ab homine* ut in *num. 4350.*

4395 Qui suspensionem violat exercendo  
actum, à quo est suspensus, peccat mortali-  
ter, nisi levitas materiae excuset, Insuper  
peccat solemniter actum Ordinis Sacri,  
quod est suspensus puta celebrando, so-  
lemniter canendo epistolam, &c. incurrit  
excommunicationem: non sic si exercent actum ju-  
risdictionis, nisi in aliquo imponeretur etiam  
regularitas.

4396 Nemo tenetur sub mortali vitare  
suspensionem etiam non toleratam, sed solum  
quod non cooperari ad actum, à quo est  
suspensus; unde qui audit Missam suspensus,  
peccat si sit in mortalitate, nisi intersit,  
& nullum extat praecipuum, de non com-  
municando cum suspensis in his functionibus

quibus sunt suspensi; sicut datur de non  
communicando cum excommunicatis vitan-  
do, sed solum prohibetur jure naturali,  
quod cooperatio cum suspenso in deli-  
tatione, & malovili ministerii, quatenus coo-  
perari peccato alterius est intrinsece ma-  
litiis.

4397 Omnes, qui possunt excommunica-  
re, possunt suspendere; sed non omnes,  
qui possunt excommunicari possunt suspen-  
di, namque Clerici possunt suspendi: v.  
*num. 4057.*

4398 Clericus suspensus est ubique sus-  
pensus, nisi suspensio sit restricta loco parti-  
culari. Suspensus à beneficio non potest vali-  
de eligi ad aliud beneficium. Episcopus sus-  
pensus à Pontificalibus potest celebrare Mis-  
sam privatam. Canonicus suspensus à bene-  
ficio post interesse Capitulo, sedare vo-  
tum ad eligendos alios Canonicos. Suspen-  
sus à beneficio, si fructus exigat, non incur-  
rit irregularitatem; sed peccat mortaliter,  
& tenetur eos restituere. v. *num. 4371.* Ma-  
lstrius *disp. 13. a num. 86.*

4399 Totum Capitulum, & Universitas  
Clericorum potest suspendi, ad differen-  
tiam excommunicationis, quae non nisi con-  
tra personas particulares potest infligi. Ma-  
lstrius *cit.*

4400 De causis excusantibus à suspen-  
sionis incurfu, & de eo, qui potest ab illis  
absolvere, discurre, ut de censuris *num. 4332.*  
& 4333. à suspensionibus reservatis Papae, si  
sint occultae, potest Episcopus absolvere, ex  
Trident. *ses. 24. de reform. cap. 6.* ut in *num.*  
3314. Suspensionem à Divinis sub conditione,  
donec *satisfeceris*, satisfactione posita, non in-  
digere absolutione, probable putat Malstrius  
*cit. n. 103.* sicut dictum est de suspensio ad tem-  
pus determinatum in *num. 4394.*

## DE INTERDICTO.

4401 Interdictum, est censura prohibens u-  
sum divinorum officiorum, aliquo-  
rum sacramentorum, & Ecclesiastica sepultura-  
rum, quae talis est. Dicitur quia talis est, quia excom-  
municatio eodem iure privat, in quantum  
est communicatio cum fidelibus; suspensio  
verò, in quantum usus ille est exercitium Ec-  
clesiasticae potestatis.

4402 Hinc excommunicatio major licet  
contineat suspensionem, & interdictum, hoc  
materialiter se habet, sicut numerus quater-  
narius



narius continet ternarium, & binarium; non formaliter, qui habent diversas definitiones, & rationes formales; insuper excommunicatio est poena gravior, quia plures bonis privat.

440; Interdictum igitur ab excommunicatione differt; quia excommunicatio ultra plura, quibus privat, privat etiam humanam, & politicam communicationem; non sic interdictum; unde interditi non sunt vitandi. *v. n. 4330.*

Insuper excommunicatio non nisi contra personas particulares, & nocentes potest infligi. Interdictum vero etiam contra communitatem, & innocentes: contra innocentes tamen fertur indirecte, & per accidens, quatenus in communitate directe interdicta morantur. Et hoc pacto sapienter innocentes damna sine culpa, sed non sine causa patiuntur, ut liquet in casu belli iusti. Ita recte innuit Matthaeus *tom. 2. pag. 116. n. 21.*

A suspensione differt; quia suspensio non privat omnibus, quibus privat interdictum, ut constat ex eorum effectibus, & definitionibus; sed aliquibus, & ut procedunt a potestate Clericali, unde solos Clericos ligat; interdictum vero ligare potest tam Clericos, quam laicos.

4404 Interdictum est triplex, *locale*, quod immediate locum afficit, *personale*, quod immediate personas, & *mixtum*, quod immediate locum, & ejus incolas. *Locale* differt a *personali*; quia in eo usus divinorum officiorum, Sacramentorum, &c. tum incolis, tum advenis prohibetur, non absolute, sed solum in loco interdicto. In hoc vero certis personis, aut communitati prohibetur, absolute & in omni loco.

4405 Item interdictum tam locale, quam personale, aliud est *generale*, quo locus generalis, ver. gr. Civitas, *Dioecesis*, *Re-*

guum, *Communitas* interdicuntur, & obediunt omnes illius communitatis, etiam nocentes: Aliud est *particulare*, quo locus particularis, aut persona particularis interdicuntur, non ut membra civitatis; in quibus interdicitur aliqua Ecclesia, ob scelus, aut ab ejus ministris commissum.

4406 [Interdicta civitate, interdicitur etiam suburbia; & interdicta Parochia, parcellum, vel cimiterium continguntur, accessorium sequitur naturam sui principalis. Interdicto populo, non interdicitur illi, qui non sunt pars populi, ut studiosi, Clerici, peregrini, &c. nec interdicto Clerici, interdicitur Religiosi, quia in favorabilibus tantum, non in odiosis, nomine Clerici comprehenduntur: si dicatur: *Clerici, v. gr. Panormitani sunt interdicti*; si nullo modo possunt interesse divinis [ nisi tamen remanent esse istius Civis; nec causam dederint interdicto ] contra vero, si Civitas interdicta subiciatur, licet civibus, aut incolis, quae causam interdicti non dederint, alio ut, si istis interesse divinis ] ita *Busembad. tit. 1. c. 4. dub. 1.*

4407 Interdicto toto populo uniti Civitatis intelliguntur interdicti tam nocentes, quam innocentes, hoc cum discernatur, quod nocentes, licet ab ea Civitate abdicant, remanent interdicti: innocentes vero, si alio suum domicilium transierint, statim sunt ab interdicto liberi. *Matthaeus tom. 1. 110.*

#### EFFECTUS INTERDICTI.

4408 (Sunt tres. 1. Prohibitio divinorum Officiorum, videlicet Sacrosancti Missae, horum Canonicarum, quae publice cantantur, benedictiones solenniter, alia, quae publice in Ecclesia a ministris



interdicti cultum sunt; unde etiam interdicti  
ad alienam culpam facere interesse non pos-  
sunt.

Clerici verò, & Religiosi, quando ipsi  
interdicti non sunt, possunt, ac debent, ut an-  
tiquè, & divina officia celebrare, sed ja-  
nuas clausas, non pulsatis campanis, voce sub-  
missa, & exclusis interdictis, ut in *cap. Alma*  
*Matris*.

Permittitur tamen, ut in festis Natalis Do-  
mini, Pasche, Pentecostes, & Assumptionis  
Virginis, quibus additus fuit, à Martino V.  
interdictus Corporis Christi cum octava, & à  
Clemente X. dies festus Conceptionis ejusdem B.  
Virginis, tempore interdicti generalis, Missæ,  
divina Officia publicè, & solemniter cele-  
brari, januis aperiatis, cum campanarum so-  
nis, admissis quoque interdictis, quæ causam  
interdicti dederunt; modo isti non appro-  
pinqvent Altari nec, veniant ad Offertorium,  
ad Communionem, exclusis tamen excom-  
municatis) *Matheus disp. 13.*

4409 Quod privilegium est de interdicto  
est generalis, minime de locali speciali, nec  
personali, etiam generali; quia in his nihil  
mutatum pure novo in *cap. Alma Mater*  
interdicitur rigor juris antiqui de Bonifacio  
XI. modo in Ecclesiis specialiter interdictis,  
interdictus Eucharistia asseratur, solum licet  
interdicti in hebdomada celebrare Missam pro  
pulsatis Campanis, & ea reservanda  
sunt.

Tempore interdicti possunt pulsari cam-  
panæ ad eretandum populum pro salutatione  
spiritu.

Interdicti interdicti possunt licet ingredi  
interdictum in orationis causa, dum modo tamen  
divina Officia non celebrentur. Si super possunt  
interdictum campanæ convocari ad concionem,  
quæ correctionem induci valeant. *Matheu*  
*cap. 1. ag. 1. 12. num. 12. vide num. 4357.*

4410 2. *Prohibitio activa, & passiva.*  
*aliquorum Sacramentorum*, excepto *Baptis-*  
*mo, & Confirmatione*, quæ possunt solemniter  
ministrari etiam ipsis interdictis, & in lo-  
co interdicto, quia sunt sacramenta necessi-  
tatis.

*Sacr. Penitentia*, quia pariter est necessita-  
tis, ministrari potest similiter in quovis in-  
terdicto etiam locali, & personali, ex-  
ceptis illis, qui fuerunt causa culpabilis inter-  
dicti, nisi prius satisfecerint.

*Sacr. Eucharistia*, tempore interdicti mini-  
strari non potest, nisi in articulo mortis per  
modum viatici, & cum debita solemnitate at-  
que sine modo viatici, in probabili periculo  
mortis videlicet in periculoso partu, &c. ut  
in *n. 3357. Extrema unctio* omnino prohibe-  
tur, seclufa extrema necessitate, in quam ori-  
bundus alia sacramenta suscipere non posset.

*Sacram. Ordinis*, tempore interdicti nec po-  
test licet ministrari, nec recipi, *Matrimonium*  
non suspenditur in loco interdicto, & inter  
personas generaliter interdictas, bene vero so-  
lemniter Benedicatio sponzorum. At si ipsi sunt  
culpabiles, & specialiter personaliter interdi-  
cti non possunt licet, bene autem valide ma-  
trimonium contrahere, si sint continentes;  
idque speciali titulo qui scilicet ponunt obi-  
eam gratiæ per Sacramentum recipienda: v.  
*numer. 3378. Phœbus lib. 4. tit. 17. numer.*  
*10.*

4411 3. *Prohibitio Ecclesiasticæ sepul-*  
*turæ*, in qua comprehenduntur infantes, &  
armentis. Exciipiuntur Clerici, qui in interdi-  
cto locali si non inatim interdicti non sunt,  
nec interdictionem violaverint, possunt cum si-  
lencio sepeliri. *Busemb.*

4412 Qui violant interdictum, si sint laici  
peccant mortaliter, recipiendo sacramenta  
contra interdictum personale; autem violant  
interdictum locale, audiendo. v. gr. divina  
Officia.



officia peccare venialiter, ait Busem. *cit.* dummodo ipsi personaliter interdicti non sint, ipsi vero laici, si cogant celebrare divina officia in loco interdicto, vel vocent interdictos, ut illis intersint, aut prohibeant, ne ipsi interdicti à celebrante moniti, exeant in super & ipsi interdicti, si post monitionem exire recusent, in-cidunt ipso facto in excomm. majorem Papæ reservatam, ex *Clem. 2. de sent. excom.*

4413 Clerici, & Religiosi utriusque sexus violando interdictum, peccant mortaliter. Imò Clerici violantes interdictum quodlibet per actum Ordinis sacri, incurrunt irregularitatem, sicut violando alias censuras: habetur ex *c. Is, cui, de sent. excom. in 6.*

4414 Interdicere possunt, qui excommunicare, & suspendere. Pro interdicto personali requiritur culpa mortalis. Pro locali, vel generali in communitatem, peccatum valde grave cum contumacia commissum à capite, vel præcipuis membris, licet reliqui culpâ vacent.

Interdicta localia, & personalia generalia, quæ jure communi sunt imposita, nec reservata, possunt tolli ab Episcopo, vel alio habente jurisdictionem in communitatem interdictam: non tamen à Religiosis privilegiatis; quia locus, & communitas foro penitentis non subjiuntur. Ab interdicto juris personali particulari, si reservatum non est, quiis approbatus potest absolvere ] ita Busem.

4415 In privilegio absolvendi ab omnibus censuris, non includitur facultas tollendi interdictum locale, aut personale generale; bene verò interdictum personale particulare à jure latum, non ab homine; quia hoc ab eo, qui tulit, tollitur.

Pro privilegiis Regularium quoad interdictum, quantum ad plures effectus, sepulturam suorum, & festivitates priorum Sanctorum: Vide Mare Magnum Sixti IV. pro

Predicatoribus Bulla 7. & pro Ministris Bulla 6. de anno 1474. in tom. 1. Bullar. fuisus in Bullario Rodr. pag. 133. Const. Pauli III. *Lacèr debis unq.* in Bullar. Bullar. Leonis X. *Cum Sancta*, in Bullar. R. pag. 314. Bullam 4. Clem. VIII. *Sacra* 1545. Dianam *par. 3. cr. 2. res. 131.* Matiam in *Officiali Curia tom. 2. pag. 109.*

## CESSATIO A DIVINIS

4416 Proprie nec est pœni, nec est ræ, sed simplex prohibitio, ecclesiastica, quæ Clerici, seu Ministri Ecclesie prohibentur perfolvere publice divina officia, ministrare aliqua Sacramenta, & laicos in loco sacro, in signum gratiæ meritoris ab Ecclesia concepti, propter gravissimam iniuriam sibi, aut honorati latam, ut injuriantes resipiscant, & Ecclesie satisfaciant. Leander *de pœnit. tom. 2. Com. ex c. Quarenti, de verb. signif. interrogatus Innoc. III. de numero censurarum respondit esse tres, excommunicationem, delictum, suspensionem, & interdictum.*

Hinc violans cessationem à divinis, particulari, sive generali, peccat mortaliter, sed eum irregularitatem non incurrit consequenter, docet Leander *cit. c. 7.* cum D. Anton. Sotus, Navar. Tolent. & aliis.

De censuris, fuscè agunt Fagnanus in *Dist. talibus sub propriis titulis.* Piching. *de pœnit. 37.* Phæbus *à tit. 12. ad 17.* Malin. *de pœnit. 9. 1. ad 4.* Leander *tom. 4. de censuris. tom. 2. lib. 10. tr. 1. 2. c. 3.* Gobat. *de censuris. 3. 7. c. 8. plurib. in locis.* Joann. Diacon. *de censuris. tr. 10. à disp. 1. ad 5.* Anton. *de censuris. tr. 12.* Matthæucci *in Officiali tom. 1. c. 7. à n. 107.* Mendo *in suis tom. 1.*



CAPUT II.

De Pœnis Irregularitatis.

IRREGULARITAS

417 **E**st impedimentum Canonicum sus-  
ceptio eius prima tonsura, Ordinum  
Sacrorum, & susceptorum usum  
impedient; non autem in ordine ad reliqua  
sacramenta.

Alia est ex delicto, alia ex defectu. Alia to-  
na, & proprie dicta, quæ omnis Ordinis  
susceptione, & suscepti exercitio privat, ut  
homicidium, & bigamia. Alia partialis, quæ  
tantum usum privat, vel solo ascensu  
ad maiorem superiorem: v. g. oculus, vel palmâ  
v. g. inabilis est ad Sacerdotium, non ad  
Episcopatum, & Diaconum oculo sin-  
gulare inabilis est ad Sacerdotium, potest  
tamen suo ordine ministrare. Bulemb.

448 Irregularitas graviter illicita Ordini  
susceptionem, & susceptorum exerci-  
tios, sed non invalidat.

Utrincurratur irregularitas ex delicto, re-  
curratur actus externus, consummatus, & mor-  
talis. Irregularitas verò ex defectu contrahi-  
tur sine culpa; quia est à jure imposita ob in-  
evitabilem, quam talis, vel talis defectus af-  
fectu Altari, & ministerio.

449 Irregularitas nulla incurritur, nisi sit  
expresse in jure, ex c. 1. qui de sent. excomm.  
Alia, unde in dubio, sive juris, sive facti, tene-  
re oportet, quod non sit irregularis; quia me-  
ius est conditio possidentis: excipitur tamen  
casus de homicidio voluntario à te com-  
missum, quia est expressum in jure. Hinc si posi-  
tione dubites, te occidisse, negativè verò dubi-  
tes, te non occidisse, ceteri debes irregula-  
ris, minime, si probabiliter putes, te non oc-

Pœst. Exam. Ecclesiast. Tom. I.

cidisse, licet aliquam formidinem habeas de  
opposito, quia erit opinio probabilis, quæ  
non est expressa in jure. Dixi, *dubium de ho-*  
*micidio*, non de mutilatione, quia sola mpti-  
lato, & non dubium de ea, est expressa in  
re.

IRREGULARITATES  
SUNT 15.

**H**is contenta versibus, ubi numerus refe-  
runtur ad numeros sequentes. in quibus  
irregularitates singulatim explicantur.

EX DELICTO SEPTEM.

1. **H**ereticus, 2. Baptismum iterans, 3. Mutilans, 4. Homicida,
5. Famulosus, 6. Violans censuras, unde ligatur,
7. Improbè suscipiens, 8. Et tractans Ordinis acta.

EX DEFECTU OCTO.

6. **I**nfamis, 5. Bigamus, 2. Mutilus, 8. Jus-  
teque cruentus.
1. Neophitus, 7. Obstrictus, 3. Nothus,
4. Puer, 1. Atque Idiota.
1. Obfessus, 1. Demens, 1. Lunaticus,
2. Hermaphrodita.

IRREGULARITATES  
ex Delicto

4420 **S**unt septem. 1. Incurritur propter  
baptismum, serio, & scienter itera-  
tum, tam à rebaptizante, quam à rebaptiza-  
to, c. *Ex litterarum de apostatis, & reitera-*  
*tione baptismi*. In rebaptizante impedit so-  
lùm, ne ad altiorem Ordinem possit ascende-  
re, & non incurritur, si rebaptizato sit occul-  
ta. Non incurritur ex reiteratione Confirma-  
tionis; quia non est expressa in jure.

2. *Ex violatione censuræ*, ut si excommuni-  
catus, interdictus, vel suspensus actum Ordinis

R r r r uis



nis solemniter exerceat, fit inhabilis ad illius ordinis exercitium, c. *Si quis Episcopus* 11. q. 3. *C. Is, qui, & c. Illorum, de sent. excomm. in 6. v. n. 4367.*

3. Si Clericus scitio, & scienter, exerceat solemniter actum Ordinis, quem non habet, c. 1. *& de Cler. non ordin.* ut si Diaconus, & maxime laicus Missam celebret, &c. non incurrit, qui exerceat actum jurisdictionis, quam non habet, ut si Sacerdos absque licentia confessiones excipiat, licet peccet mortaliter.

4. Ex mala Ordinum susceptione, ut si quis Ordinatus sit in excommunicatione, suspensione; aut ab Episcopo excommunicato, suspensio, interdicto, haeretico denunciato, seu non habente jurisdictionem; vel Ordines furtive susceperit, ut in *com. 3. a numero 92.*

Ordines furtive suscipere dicitur, *Qui sine Episcopi ordinantis scientia, & voluntate, non vocatus, nec legitime examinatus, vel admisus, cum aliis Ordinandis se ingerit, vel nomen alterius approbati usurpando, vel aliam in examine sub suo nomine supponendo, & sic vocatus accedit.* Haec irregularitas impedit ascensum ad Ordines.

Qui excommunicatione, aut suspensione ligatus suscipit Ordinem factum, novam suspensionem incurrit; at non incurrit irregularitatem per hoc, quod in Missa Episcopi, in qua ordinatur, Epistolam, aut Evangelium solemniter canat. Quia quod solenne exercitium ordinis suspensum reddat irregularitatem, intellige de exercitio ordinis extra actum susceptionis Ordinis; nam illud exercitium spectat ad actum susceptionis.

5. Propter enormia crimina, si sint notoria, & publica, quaeque à jure habent annexam infamiam: talia sunt; *Adulterium, incestus, raptus virginis, sodomia, veneficium, duellum,*

*sacrilegium, simonia, crimen lesae Majestatis, perjurium in judicio.*

6. Propter haesim, vel apostasiam, sive publicam, sive occultam; quae si à patre procedat, extenditur ad filios usque ad secundam generationem; si à matre, usque ad primam. Pro extensione autem requiruntur: 1. Quod parentes mortui sint in delictis haereticis, Sententia, aut confessio in judicio, vel notorietas facti.

7. *Ex in justa mutilatione, vel in iusto homicidio, etiam voluntario indirecte, & in causa;* Comprehendit mandantes, consulentes, per alio modo positive concurrentes, etiam bello injusto, in quo si unus occidatur, totus exercitus fit irregularis, si sit cooperatus.

4421 Quando plures non ex consilio, sed in rixa unum percutiunt, sed unus vulnere conficit, ex quo moritur; si de vulnere constat, ille solus est irregularis; Irregularitas enim erit etiam ille, qui non percussit, sed aggressio facta sit ex consilio, & cooperatus nam tunc, qui percussit, factus est etiam ex comitatu.

4422 *Qui infirmo datur cibum, vel panem, &c. vel movet, vel de lecto in lectum transfert, aut aliud bonâ fide operatur, ex quo vel ejus acceleratio prater intentionem operatur, non fit irregularis, nisi inter vetera operata. Hinc Sacerdotibus, & Religiosis concessum est, ut tribuendos licent eadem, quae laicis. Delectibus Diana, & Bonac.*

4424 *Qui procurat abortum foetus immati animâ rationali, fit irregularis, nisi si foetus non sit animatus. Foetus non animatus animatur post 40. dies, secundum communem sententiam. In dubio, quantum ad hunc calculum, referri debet masculinus ex stylo S. Penitentiarie.*

Laicus, sive Clericus occidens calumnitorem, evadit irregularis, juxta dicta in



vide in prop. 17. § 18. ab Alexan. VII. et in prop. 30. 31. § 33. ab Innoc. XI.

De irregularitate hæc plura dicta sunt suis locis de homicidio, abortu, duello, & bel-

4424 **Mutilatio**, est abscissio membri principalis. **Membrum**, est pars corporis officium per se habens distinctum ab alio, ut manus, pes, oculus, &c. unde non est irregularis, qui abscindit digitum, quia non est membrum, sed pars membri. Nec qui abscindit labrum, dentes, capillos, auriculam, & nasum; irregularitatem tamen, non organum; quia non sunt membra, sed ornatus membrorum. Nec qui excæcat hominem, sed oculum non excæcat; nec qui membrum debilitat, sed non abscindit, quia non mutilat. Leander.

In omni casu, quo quis alium mutilando fit irregularis, fit etiam irregularis mutilando se ipsum. Leander de pœnis tr. 2. disp. 18. §. 1. quia est verè membri mutilator, & major delicti. Non sic è converso, non enim in omni casu, quo fit irregularis mutilando se ipsum, fit irregularis mutilando alium. Leander cit. qn. 24. quia mutilando quis sibi partem membri, fit irregularis ex jure ob spelem Levitiam, ut in n. 4444. non sic mutilando partem membri alteri, sed requiritur amputatio integri membri: vide num. 4408.

Item non in omni casu, quo quis facit alium irregularem, fit ipse irregularis. Leander cit. quest. 25. nam qui alterius faciem civitate deformat, ei nasum, aut indicem abscindit, facit alium irregularem ex defectu corporis; at ipse irregularis non est, quia non mutilator. Ità è converso, non in omni casu, quo quis mutilando fit irregularis, mutilatus fit irregularis. Leander cit. quest. 26. nam qui injuciose alteri virilia abscindit,

fit irregularis, quia est verè membri mutilator; at sic mutilatus non est irregularis ex n. 4447.

Potest tamen casus contingere, quod tam mutilans, quam mutilatus fiat irregularis. Leander cit. quest. 27. tam si diversa sit persona, ut liquet, quam si eadem, puta si quis ex ira sibi manum abscinderet; esset inquam, irregularis, ut mutilans ex delicto, & irregularis, ut mutilatus ex defectu corporis.

4425 Clericis, & Religiosis sacris initiatis est prohibitum officium medici, quod fit abscindendo, vel adurendo, uti est medici chirurgi; minime officium medici physici, quod sine abscissione, & adustione exercetur; ità in jure.

4426 Clericus autem, aut Monachus, si peritus sit, & diligentiam in curatione adhibeat, non est irregularis, si exinde mors sequatur, esto peccaverit exercendo officium prohibitum; quia non incurritur irregularitas ex delicto homicidii, nisi interveniat culpa mortalis homicidii. Idem à fortiori dic de exercente medicinam physicam, ex cap. Tu a nos; secus si non sit peritus, nec diligentiam adhibuit, & mors sequatur. Leander de pœnis tract. 2. disp. 9. v. un. 2114. ad 2119.

IRREGULARITATES ex Defectu.

4427 **S**unt octo: 1. *Ex defectu anime*. Irregulares ex jure sunt, 1. ob defectum usus rationis, perperno amentes, lunatici, atreputii, epileptici. (Si reperiantur antea ordinati, & per annum eo morbo non laborarunt, permittitur illis exercitium Ordinum, quia præsumuntur liberati. Si vero laborent raro sine clamore, & notabili indecentia, permittuntur celebrare cum adjutore assistente, qui sacrificium suppleat, si illi deficiant.) Ità Arsedk in tom. 1. pag. 280. 2. *Il-*

Reff 2 Literas.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN



*literati*, qui scientiâ ad talem ordinem requisita carent; 3. *Neophiti*, hoc est recenter ad fidem conversi, donec iudicio Episcopi sint sufficienter instructi.

Sub hoc defectu comprehendi possunt *Abstemii*, qui namque vinum non bibunt: si tales sint, ut illud bibere non possint sine periculo in celebratione, puta vomitûs, &c. non debent ad ordines promoveri; unde antequam ad ordines additarentur, debent super eo probari.

4428 *Ex defectu corporis*, irregulares sunt.

1. *Cæcus*, *surdus*, & similes, ad Ordinis exercitium inepti, 2. *Qui caret pollice*, *indice*, aut *oculo sinistro*, seu *Canonis non videt*, qui tamen dispensatione non indiget, si oculo dextero sine indecentia Canonem legere possit, 3. *Si adsit notabilis deformitas*, ut quis Ordinem exercere, v. gr. *Missam celebrare*, non valeat sine notabili indecentia, & aliorum risu, aut horrore, ut si careat naso, auribus, si sit notabiliter gibbosus, leprosus, si claudus, ut nequeat sine baculo ad Altare accedere; si totali calvitio capitis, & oculorum labore, præsertim si sit juvenis.

Irregularis non est, qui sex digitos habet, aut aliquos conjunctos, si notabilem deformitatem non afferat, nec sit ineptus ad exercitium Ordinis. *Busem. v. num. 4148.*

Universaliter que non libet defectum corporis, qui non reddit patientem inhabilem ad Altaris ministerium, & exercitium, Ordinis vel qui affert ex se deformitatem notabilem, talem tamen, ut possit faciliter studio, & arte regi, irregularitatem non inducere, docent *Venerus in exam. Episc. lib. 1. c. 22. n. 3.* *Diana par. 4. tr. 2. resol. 73.* *Tamb. tom. 2. lib. 10. tr. 4. cap. 8.* *Leander de poen. tr. 2. disp. 1.* quia Sacri Canonis nil aliud intendunt, nisi expellere ab Altari notabiliter deformes, & inhabiles.

In dubio, Episcopi est iudicare, an de-

formitas, vel defectus sit ita notabilis, ut regularitatem inducat. Plura vide *4494.*

4429 3. *Ex defectu naturalium*, irregulares sunt illegitimi, sive naturales sunt, sive *Spurius*, qui est natus ex adulterio, matris aut sacrilegio. Filii naturales legitimi sunt ex jure. 1. Per subsequens matrimonium inter eorum parentes, si nati sunt tempore conceptionis, aut natiuitatis, potest valide inrer se nubere. 2. Per professionem in Ordine Religioso, per quam tamen ligantur quo ad Ordines, minime quo ad dignitates, seu Prælaturas, ad quas nec extra Ordinem sine dispensatione promovendi possunt.

Hinc fit, quod filius ligati voto sanctitatis, aut Clerici in sacris non constitutus, Novitii, qui tamen vota solemnia non habet, legitimatur per subsequens matrimonium, quia ejus parentes tempore conceptionis, aut natiuitatis poterant valide nubere, quod vis illicitæ. Quod est verum, etiam si parentes nolent; quia non possunt efficaciam huiusmodi impedire.

E contra filius furiosus non legitimatur subsequens matrimonium; quia episcopus non poterat valide nubere. Item doc. *1. 2. 3.* parentes ob aliquod impedimentum desinens non poterant tunc valide nubere. *Mendo ver. Filius*

Si filius conceptus, aut natus tempore, quod parentes poterant valide nubere, præsumitur ad matrimonium subsequens, & legitimitur per subsequens matrimonium, si tunc quatuor filios, isti illius parentum nepotes legitimitur per subsequens matrimonium. *Mendo cit.* quia succedunt in iure patris.

*Sperell. dec. 174. n. 23.* apud *M. rubeo. mo 2. pag. 142. n. 59.* ait, quod filius naturalis mortem viri decimo mense expleto, &c.



per tres, a t̄ quatuor dies incepto, com-  
mendo 3̄ die, q̄ 10 vir coire poterat, legiti-  
mum esse iuratur.

4430. 4. *Ex defectu avarit̄is*, de qua in tom.  
221. §. n. 101.

4431. 5. *Ex defectu sacramenti*, seu signifi-  
catis matrimonii, ratione bigamie, quate-  
nus bigamus, ut pot̄e qui carnem suam dividit  
inter uxores, non repræsentat perfectè u-  
nitatem Christi cum Ecclesia.

*Bigamia*, est matrimonii multiplicatio: est  
vera, interpretativa, & similitudinaria  
habetur, quando quis baptizatus  
matrimonia valida successivè contra-  
hit, & consummavit, quia tunc verè carnem  
suam in plures dividit.

*Interpretativa* habetur, quando quis matri-  
monium validum contraxit, & consummavit  
non vidua, vel cum violata ab alio, vel con-  
traxit suam uxorem, quæ cum aliquo adul-  
terio, tunc enim ita se gerit, ut interprete-  
tur, quod plures uxores habuerit.

*Similitudinaria* habetur, quando quis  
matrimonia in Sacris, aut in Religione profes-  
sionis matrimonium contrahit, & consummat,  
cum quocumq; etiam virgine; hic enim per  
matrimonium contrahit matrimonium spi-  
rituale, & similitudinarium cum Christo; uni-  
tatem enim contrahens, & consummans, e-  
st tunc similis ei, qui carnem suam in plures di-  
vidit: hæc triplex bigamia ex jure irregularita-  
tem inducit.

4432. 6. *Ex defectu bonæ fame*, quando  
quis contraxit infamiam; quod dupliciter  
contingere potest. 1. Sine culpa, ratione ar-  
bitrii, quam exercet, cui ex jure est annexa

infamia: tales sunt histriones, circulatores,  
mimi, comædi, filii publicæ meretricis, &c.  
2. Ex delicto notorio, & publico, cui est an-  
nexa infamia, ut in n. 4419.

Damnati ad tritemes sunt infames: hinc  
ortum est vulgare dictum: *A tritibus ad  
Altare non datur regressus*. Lezana tom. 1. c.  
16. n. 32. v. n. 4473.

4433. 7. *Ex defectu libertatis*, irregulares  
sunt mancipia, curtiales, videlicet Judices,  
Advocati, Procuratores, Milites, Thesau-  
rarii, Depositarii publici, Tutores, Cura-  
tores, dum actu talia munera secularia exer-  
cent.

4434. 8. *Ex defectu lenitatis*, seu mansue-  
tudinis, quæ fuit in Christo, qui in mulierem  
in adulterio deprehensam mortis senten-  
tiam proferre noluit, & pro suis Crucifixori-  
bus Partem oravit. Incutitur etiam sine cul-  
pa ex homicidio, aut mutilatione voluntaria  
in bello iusto, aut iudicio.

Hinc irregulares sunt Judices sententiam  
sanguinis proferentes (Summo Pontifice ex-  
cepto) mortis scilicet, aut mutilationis; No-  
tarii eam scribentes, accusatores, testes,  
Advocati, Procuratores, ministri iustitiæ, &  
omnes, qui ad mortem, vel mutilationem a-  
ctivè, efficaciter, & proximè, per actionem ex  
natura sua ad eam ordinatam, cooperantur,  
morte, aut mutilatione secutâ. Iudex au-  
tem, & alii Ministri hanc irregularitatem  
non incurrunt, nisi, dum ea faciunt, sint  
baptizati; nisi ea fecerint antebaptismum,  
non consideratur in eis defectus lenitatis,  
cum tunc non fuerint membra Christi: Non  
requiritur autem, quod reus, contra quem  
fertur sententia, sit baptizatus; quia defectus  
lenitatis consideratur in agente; non de cuiusvis  
hominis, aut mutilatio irregularitatem indu-  
cit in Iudice, & Ministro iustitiæ baptizato.  
Leander de censuris tract. 2. disp. 7. q. 11. §. 12.

Rite 3

Ant.



Ant. à Spir. S. de censuris tr. 12. disp. 5. sect. 6.  
§. 1. n. 104.

4435 Irregularis est Confessarius, qui li-  
ctorem urget ad mortem reo accelerandam,  
vel qui ipsum reum impellit, ut scalas ascen-  
dat, ut caput securi præbeat, vel qui Judici  
petenti in particulari respondet, hunc esse  
mortem plectendum.

4436 Item, qui patibulum adaptat, &  
qui ligna fert ad comburendum hominem  
vivum; quia iste sunt actiones efficaciter, &  
proximè, & ex natura sua ordinatæ ad mor-  
tis executionem: irregularis non est, qui lig-  
na fert ad comburendum hominem jam  
suffocatum.

4437 E contra irregularis non est Con-  
fessarius, aut theologus, qui interrogatus, an  
reus mortem mereatur, Judici respondeat:  
*Non habendum esse respectum personarum,*  
*sed circa illum suo munere fungi debere.* Nec  
si carnifici dicat: *Nemo te impedit tuum face-  
re officium, ego meum feci.*

4438 Nec Confessarius, qui absolutionem  
denegat Judici nolenti secundum leges reum  
mortem puniri, si ad id sub mortali teneantur;  
dummodo tamen generaliter loquatur, ut  
puniat juxta leges, & uti in conscientia tene-  
tur ob Reipublicæ bonum; quia hoc pacto  
directè nullius determinatæ personæ mor-  
tem consulit. Ità Matthæucci *tom. 2. pag.*  
*137. n. 43. ex Cabasutio lib. 5. c. 20. n. 17.*

4439 [ Nec Clericus ( ait Bulemb. )  
qui in bello justo ad fortiter pugnandum,  
& hostem repellendum hortatur; secus si  
ad hunc, vel illum in particulari occiden-  
dam. Sic pariter excusatur timpanista, &  
tubicen. ]

4440 Nec qui ligna, funes, gladios, &c.  
construit, & licitori vendit; quia sunt actiones  
remotæ, aut non ex natura sua ad mortem  
ordinatæ.

4441 Irregularis est, qui militat in bello  
justo aggressivo, ex defectu lenitatis, cum  
Cleric. & c. *Quicumq; quasi, n. 12. de re iud.*  
iusto; quia si erit injustum, irregularitas  
ex delicto, nempe ex homicidio voluntario.

4442 At in bello justo defensionis, qui  
hostem invadentem, aut muros Urbis pro-  
gnantem, in Religionis, Patriæ, sui, & al-  
rum defensionem occidunt, non sunt irregu-  
lares; quia est homicidium involuntarium  
defensionem cum moderamine inculpate  
tutelæ, ut in n. 2095.

Clerici vero irregulares sunt, si  
deficiant, sed sufficiant. Gob. tr. 8. cap. 1.  
§. 2. append. 3. quia respectu eorum non  
adeest necessitas inevitabilis, & sic de-  
deramen inculpate tutelæ. Non sunt  
irregulares, si laici deficiant, aut non  
sufficiant; quia tunc eorum actio est ad de-  
fensionem necessaria, & inde adeest moderamine  
culpate tutelæ.

4443 Irregularitatem incurrit Chirurgus  
sua artis imperitus, si ex ejus inopia,  
adulatione mors sequatur, c. *Tu autem*  
c. si sit peritus, omnem diligentiam adhibe-  
bit, c. *De occidendis* 23. q. 5. Nec  
physicus, si omnem diligentiam adhibe-  
at, c. *Ad aures, de etate, & qualitate*.  
Namq; in Chirurgo [ etiam si mors ex  
sione sequatur ] non deest lenitas, cum  
intentum sit abscindere partem, &  
conservetur: v. n. 4426.

Sed hæc irregularitas ex Chirurgi  
supponat imperitiam, propriè est irregu-  
laritas ex delicto, ut in n. 4426. vide no-



## DE MUTILATIS

444 **O**portet distinguere, cum Marthæucci *Curia rom. 2. a num. 63.*

Vel quis sponte se mutilavit, seu causâ mutilationis procuravit; vel fuit ab alio mutilatus, sive casu, sive ex justa causâ, puta militatis, sive ex injusta vi, seu persecu-

tionem, evadit irregularis, nedum ex culpa sed ex delicto mutilationis, ut in *num. 7.*

Quia nemo est sui corporis, suorumque membrorum dominus, ita ut neque possit corpus eorum abscissioni consentire (nisi in casu corporis, aut membri principalis mutilatio exposcat, *cap. Si quis ilz. dist. 55.*)

aut membra servare. Et iste ab ordine exercitio removetur, etiam si mutilatus sit partis membri, *cap. Si quis. partem dist. 55.*

Nota ut notat Gloss. *ad cap. Significavit*, in hoc facto non tam confiditur de defectu, quam de malâ voluntate: *9. num. 4508.*

445 Eadem ratione in *cap. Si quis il. 1. dist. 55.* decretum, ut non fiat Clericus, si membrum amputavit, aut amputari fecerit, etiam si causâ continentia; aut de necessitate egerit; quoniam non ferro, sed ratione est querenda castitas. Glossa in *cap. Significavit*. Ita Marthæucci *cit.*

Qui idem ampliat ad eum, qui se permittit ob vocem musicam. Hunc tamen non esse irregularem, docet Gobat in *reperentiis tr. 8. c. 17. a num. 689.* quia re-  
sponsum Canonis expressè loquuntur de eo, qui se  
mutilari fecit, aut permisit ex sua culpa, vide-  
bitur et in signatione, aut indiscreto castitatis  
de minimè de eo, qui id egit ob vocem  
musicam: Et probabile esse id licere, docent  
magis graves Doctores relati in *num. 4073.*

irregularitatem autem non incurrit, nisi sit in jure expressè dictum est in *num. 4419.* Probabilis tamen est, hunc esse irregularem, ait Leander *de pœnis tr. 2. dist. 2. q. 57.* quia verè; & voluntarie ad sui membri mutilationem sine necessitate concurrat.

446 Hic autem, cui sunt amputata virilia, si dispensationem obtineat, ut promoveatur ad Ordines, non tenetur secum deferre testiculos in pulverem redactos, dum Missam celebrat, Leander *cit. q. 61.* cum Co. 7. quia hoc nullo jure disponitur, sed est error vulgi.

447 Si secundum videlicet si sine sua culpa fuit ei membrum abscissum, non evadit irregularis, si membrum amissum non sit tale, ut usum Ordinis impediatur, aut notabilem deformitatem afferat: Tale non erit, si sint abscissa virilia: Tale erit pro Sacerdotio, si sit abscissus digitus necessarius ad Eucharistia fractionem, Tunc autem irregularis erit ex defectu corporis, ita ut si abscissio contingat ante assumptos Ordines Sacros, non possit ad illos promoveri; si contingat post Sacerdotium assumptum, non possit Missam celebrare; potest autem in aliis Ordinibus, & Officiis ministrare, pro quibus nec impeditur, nec deformis est.

## CLERICUS.

448 **N**on potest esse accusator in causa sanguinis, *cap. Sicut Sacerdotes 2. q. 7. nec testis, cap. Testimonium 11. q. 1.* nisi ad innocentis liberationem, & ex sui Superioris licentia; alioquin irregularis evadit. Idem dic de Religioso.

449 Clericus jurisdictionem obtinens temporalem non fit irregularis, si causam sanguinis alteri deleget, dummodò non mandet, ut illum morte puniat; sed solum injungat, ut inquirat veritatem, & provideat

deat



de r. de iustitia, in cap. Episcopus in 6. pag. mibi  
123. a lib. 3. tit. 24. de Clerici, vel Monach. his  
verbis licet Clericis causas sanguinis agi-  
tare non liceat, eas tamen, cum iurisdictionem  
obtinere temporalem, debet & possunt,  
metu irregularitatis cellante, alius de-  
legare. Et Glossa ibi.

Hinc in Regno Siciliae, si in iurisdictione  
temporali praesideat Praelatus Ecclesiasticus,  
causa sanguinis occurrente, non utitur solito  
ritu (Excellentia sua providet, & mandat,  
ut Titus suscipiatur) sed mutato [Excellen-  
tia sua providet, & mandat, ut Tribunal  
M. R. C. inquirat veritatem, & provideat de  
iustitia.]

4450 Personae Ecclesiasticae tradentes Curia  
Sacrali delinquentes refugiatos in suis  
Ecclesiis, in c. sibus expressis à Greg. XIV. re-  
lati à num. 638. in quibus immunitate non  
gaudent, nullam irregularitatem incurunt,  
aut censuram: v. num. 690.

4451 Gubernator Urbis Romae, & Mi-  
nister de ejus mandata executores in causa  
sanguinis, mortis, aut mutilationis, irregu-  
laritatem non incurunt. Leo X. in const. 8. Et  
si pro cunctarum §. 12.

4452 Clericus aliquem accusans in causa  
homicidii aut alterius delicti quod mortem  
meretur; ut irregularitatem vitet, morte, aut  
mutilatione accusati secuta, debet prius pro-  
testationem praemittere, se non intendere,  
ut reus poena sanguinis puniatur, sed solum  
ubi sibi, vel suis satisfiat, & provideatur, ne  
contra se, aut suos talia de cetero fieri praesumantur.

4453 Hanc protestationem requirit Canon.  
cap. 2. de homic. eid. in 6. ad defectum linitatis  
purgandum: Et eam concedit uti privilegium  
Clericis; ne si Clerici (est ipse textus) metu  
irregularitatis conqueri de suis malefactoribus  
non audeant, detur plerumque occasio

eos trucidandi, aut ipsorum bona depre-  
dandi, Bonac. Busem. hic. Pithing. in cap. 1.  
tit. 12. §. 2. Quae protestatio ut cesset  
Matthaeucci tom. 2. pag. 137. num. 39. opor-  
tet, ut dicantur agere civiliter, quia non  
accusant de crimine in ordine ad iudicium,  
sed ad refectionem damni recepti, &  
cautelam ne iterum ab eo, aut similibus  
malefactoribus damnum recipiat.)

4454 Et sufficere, tener Aurazo in 1.  
num. 10. etiam si animus internus non  
erit, sed mortis; quia licet tunc illud  
non esset ficta respectu effectus  
nisi mortis, est tamen vera respectu  
inefficacis interni non mortis, & operatur  
efficacis externa; quia talis protestatio  
ratur, ut accusatus non moriatur aut  
tetur ex vi accusationis illius; quia etiam  
jam revera accusator potestatur se non  
ponere querelam criminaliter, sed  
uti supra.

4455 Eadem ratione Clericus videtur  
dici saeculari, aut ejus Officiali tunc, cum  
signis ad eum convincendum, irregu-  
laritatem non incurrit, licet officialis occidat  
aut mutilet, si dictam protestationem  
mittat. Fagnanus in lib. 5. cap. Ad hoc  
12. de homicidio, ex cap. Tuas nos §. ad hoc  
& cap. Postulasti.

#### JUDEX ECCLESIASTICUS DEGRADANS

4456 Clericum morte dignum  
brachio saeculari tradere  
regularis non est; quia per tale iudicium  
non applicat reum positive iudicio  
quod utique esset principaliter, efficaciter  
proximè ad mortem cooperari; tunc  
enim talis actionis non est mors, sed  
exclusio à statu, & foro Clericali.

4457 Confirmatur: irregularitas  
hac non incurritur, nisi per iudicium



aut mortalem proximum in homici-  
dium aut mutilationem; in te autem nos-  
ter Ecclesiasticus non dat jurisdictionem  
iudici laico in talem reum; quia ex se illam  
habet Clericum degradatum. Nec inducit il-  
lum per se, & proxime ad poenam sanguinis,  
in tantum remotè, & valdè per accidens,  
ut illud de tali crimine convictum  
remittat, ut à brachio laicali capiatur, & ju-  
dicetur.

445 Undè (ut rectè advertit Aurazo cit.  
l. 1.) verbum illud, *traditio brachio seculari*,  
ad aliud est, quàm remotio prohibentis,  
scilicet privatio Clericalis privilegii in Clerico,  
in laico dimissio, seu relaxatio personæ;  
quod dicitur Innoc. III. in c. *Novimus*, &  
c. *de heretico*.

446 Ut Clericus, qui propter hoc, vel aliud  
delictum grave, non solum damnabile, sed  
damnosum fuerit degradatus tanquam ex-  
ceptio privilegii Clericali, seculari foro per conse-  
cratam applicetur, cum Ecclesie foro fuerit  
prohibita, ejus est degradatio celebranda sacri-  
legi potestate presente ad pronuntiandum er-  
rorem cum fuerit celebrata, ut in suum forum  
remittat degradatum, & sic intelligitur tradi-  
tio seculari, &c.

446 Nec obstat, quòd textus loquatur  
de Clerico, quia etiam ob identitatem ratio-  
nis procedit de laico; nam sicut Judex Eccle-  
siasticus relaxando Clericum, non tribuit ju-  
isdictionem Judici laico, quia hic ex se ju-  
isdictionem habet in Clericum degradatum;  
ita posteriori iure relaxando laicum, quia pari-  
ter Judex laicus ex se jurisdictionem habet in  
illam.

446 Attamen, quia remissione, & rela-  
tione, sive Clerici, sive laici, Judici seculari,  
remotè, & per accidens occasione præbet  
mortis, & sic videtur à lenitate Christi defi-  
cere adhuc debet recensitam protestationem  
*Pœn. Exam. Ecclesiast. Tom. 1.*

præmittere, quia omnis defectus lenitatis [ si  
quis sit ] purgetur: liquet ex dicto c. *Novimus*:  
per hæc verba: *Pro quo etiam debet Ecclesia* (i-  
videlicet Judex Ecclesiasticus) *efficaciter in-  
tercedere, ut citra mortis periculum, circa  
eum sententia moderetur.*

Ubi particula *debet* innuit, talem protesta-  
tionem esse præceptam, idque ad majorem  
securitatem, & omnem irregularitatis pericu-  
lum amovendum: ita Aurazo cit. n. 8.

446 Ex dictis sequitur, quòd Judex Ec-  
clesiasticus, si completo processu, & data sen-  
tentia, putà carceris, trimerium, &c. contra  
Reum putatum Clericum: pro delicto, quòd  
apud laicos morte punitur, reperiat eum esse  
laicum; & causa non sit sui juris: tunc debet à  
iudicio illo delistere, uti Judex incompetens,  
& suo legitimo Judici laico talem Reum in  
suo iudicio de delicto convictum, & confes-  
sum remittere, recensita protestatione præ-  
missa, ex qua irregularitatem vitabit, si mors  
sequatur.

446 Nec inde irregularis erit Clericus  
testis, quia coram eo Judice Ecclesiastico tes-  
tificabile reperitur; 1. Quia cum à Judice Ec-  
clesiastico non agatur causa sanguinis, non di-  
citur testis in causa sanguinis, 2. Quia prote-  
statio, purgando defectum lenitatis in Judice  
Ecclesiastico, Reum per se convictum remitte-  
nte, purgat totum actum; eò maxime quia  
illius testificatio non influit in sententiam  
sanguinis postea à Judice laico latam: sicut nã-  
que coram Judice Ecclesiastico, minime co-  
ram Judice laico, 3. Quia Judex Ecclesiasti-  
cus, Reum remittendo legitimo Judici laico,  
non remittit processum taliter, quòd virtute  
illius ad mortem condemnet, sed novum for-  
mat.

446 Et dato, quòd Judex Ecclesiasticus  
una cum persona processum remitteret, &  
virtute illius Reum ad mortem damnaret, so-  
lus



lus Judex Ecclesiasticus, & non recentitus testis irregularis evaderet; quia solus Judex eiset causa proxima, efficaciter influxiva in hanc ministerii iustitiae in morte; minime testis quia testis deposuit coram Judice Ecclesiastico, & apud quem non agitur causa sanguinis: Quod autem postea ex remissione facta processus, testis illius depositio influxerit in mortem, per accidens se habet testi, & praeter ejus intentionem; adeoque nullo pacto irregularis evadit.

4465 Inquisitores ex Privilegio Pauli IV. 29. Aprilis 1557. ad favorem fidei concessio, & confutores ex eodem privilegio pro eis à B. Pio V. extensis, sunt absque praedicta protestatione Reos fidei per sententiam declaratoriam criminis condemnare, & brachio saeculari tradere. Auraxo *cit.* & Ant. Spir. Sanct. de *Confutis* *tr.* 1. 2. *disf.* 5. *sect.* 6. §. 1. n. 114. Qui addit iudicem saeculare, ut sententiam mortis contra haereticos exequatur; quia etiam id extendit Pontificum privilegium Majorolus *lib.* 2. de *Irregul.* c. 10. n. 5. & alii communiter.

4466 Quia tamen quatuor quae sita, quae proponit, & resolvit P. Tamb. in *tom.* 2. *lib.* 10. *tr.* 4. *cap.* 15. *tria* in §. 13. à n. 36. ad 41. & *quarta* in §. 10. *nu.* 21. 41. valde dicta firmant, & dilucidant, ea tibi refero.

## P R I M U M.

4467 An Episcopus possit sine irregularitate dare licentiam iudici laico exhibendi ab Ecclesia corpus occisi, ut confiteatur de corpore delicti, & ad formandum processum?

P. Diana *par.* 4. *tr.* 2. *ref.* 95. resolvit, ut sequitur. Respondet negativè Julius Lavorius in suis variis elucubrationibus. *tr.* 2. c. 7. *nu.* 31. quia ad incurrendam irregularitatem ex defectu perfectae lenitatis requiritur, quod actus qui fit, sit causa proxima, & directa in mortem, vel mutilationem, non autem causa

remota, ut ex Navarro *c.* 21. *in* 211. *Ab.* de *conf.* p. 6. *dis.* p. 5. *sect.* 2. docet Tarracina *conf.* *lib.* 9. *disf.* 66. *dub.* 3. Sed in iudicio actus ostendendi cadaver occisi, effrenissimus, & suapte naturae non directus ad mortem, vel mutilationem, & Episcopi operantur, sed tantum permittunt exhiberi corpus, & capi informationes. Ergo praeter hanc sententiam praeter Lavorium dicitur in terminis, ut dici solet, terminantur doctus Aloysius Riccino in *praxi* *tr.* 1. *cap.* 453. & ita practicum fuisse in Curia hierosolymitana Neapolitana, testatur Marinus Genuensis in *praxi* *c.* 42. *n.* 10. & aliter docet Venerus in *exam.* *Episc.* *lib.* 1. *cap.* *num.* 19.

4467 P. Tamb. *inquir.* Possit sine irregularitate dictam licentiam concedere? [ajunt nonnulli, ut Venerus in *exam.* *Episc.* *9. c.* 30. *n.* 26. Bonacin. de *conf.* *d.* 3. *q.* 1. *n.* 11. Lavorius *var.* *tr.* 1. *tr.* 2. c. 7. *n.* 31. Diana *p.* 4. *tr.* 2. *ref.* 95. aliter censentur aliqui debere jura Lavor. *loc. cit.* de *conf.* delicti, si petitur cadaver, ut confiteatur de corpore delicti, ad inquirendum contra personam determinatam, quis scilicet delicti delicti fuit, omnes consentiunt, posse Episcopi licentiam concedere, quia id solum est remotum ad sententiam mortis, non autem ad mortem, & ad mutilationem. At difficultas vertitur, an possit quando cadaver requiritur, ut confiteatur suspicio, vel compleatur probatio contra aliquam personam peculiarem. Sunt, qui sententia contra Titium; petitur verò corpus Titii interempti, ut videatur, an vulnus dante veniat cum gladio, quem Minus interierunt sanguine aspersum apud delinquentem, vel quid simile. Et nihilominus quatuor antiquiores putaverint, tunc non posse Episcopi licentiam concedere, ne corruerent proximè ad processum sententiae sanguinis.



dicta Curia resolutum fuisse, posse concedi Curia seculari copiam sententiae depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus Clericalis alicujus Clerici inquisiti de homicidio in Curia seculari, allegantis se esse Clericum, & Curia secularis negabat esse Clericum ob praedictam depositionem, & renunciationem: sed tu in iurapraedictis cogita.)

Super dictis Diana P. Tamb. *cit.* profequitur. Respondeo, Diana *loc. cit.* postquam visus est affirmasse, quod possit, addit: sed tu cogita. Ego vero cogitarem, si praedictam habentis doctrinam nescirem, vel eam improbabilem judicaret. Nunc vero, cum videam Episcopum, vel ejus Ministros, tradendo copiam talis renunciationis, vel depositionis, non fungi munere Ministri justitiae secularis, nec Accusatoris, nec Testis in iudicio, cenfeo, probabile esse, quod possint. Non ita esset, si traderent eidem curiae seculari processum forte ab ipso Episcopo factum de homicidio commisso à Clerico, illum enim processum cum fecerit Episcopus ut minister etiam ipse justitiae, si deinde occideretur delinquens, concurrente quamvis solùm ex parte ejusmodi processu, nequaquam ab ipso irregularitas evitaretur.]

## TERTIUM.

4471 An iudex Ecclesiasticus possit sine irregularitatis metu iudex laico cedere quasdam Epistolas apud eum inventas, quibus idem iudex Ecclesiasticus probaverat, delictum reum commississe homicidium proditorium, adeoque immunitate non gaudere?

[Respondeo [ait Tamb. *cit.*] non posse. Ratio principalior est, quia Ecclesiasticus dare utiliter non potest has Epistolas, nisi eam de processum, seu partem processus, quo apparet, eas Epistolas inventas esse. ]

§§§ e Reuar

personam determinatam; tamen ex praedicta sententia, quod irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi à Ministris justitiae, sententiam, posse sine irregularitatis timore, quia sententiam, quod facit Episcopus, etiam positive concedendo licentiam, non facit ut Minister publicus, puta nec ut accusator, nec ut testis in iudicio criminali, &c.

Et tamen notanda monitio Congregationis Novemb. 1619. in *Man. P. Sepult. in Aldi. n.* Cardinalium super negotia Episcoporum, quae apud Gavantum sic habet: *Non licet Episcopus dare licentiam exhibendi scriptas ad hoc ut laici sumant indicia in Criminalibus.*

4469 Quod irregularitas haec ex defectu lenitatis non incurritur, nisi à Ministris justitiae, videlicet ab illis, qui ad deformationem, vel mutilationem hominis concurrunt in iudicio auctoritate publica, tenet Gobat in *Expositione tr. 8. casu 17. a. n. 678. ad 660.* quod tenet pluribus iuribus, & Doctoribus. Martini *com. 2. p. 12. 1. 36. n. 35. ex c. Aliquan-*

*do de h. 51.* Tales sunt accusator, Testis, Adversarius, Notarius, Satellites, Lectores Capituli, & similes; hi namque omnes potestate legitime accepta ad deformationem committunt, & sic auctoritate publica. Hinc t, it est in iudicio non sufficit, nec admititur, sed repellitur.

## SECUNDUM.

4470 Titius postquam renunciarit coram Episcopo Clericatum delictum morte dignum commississe, & fuit a iudice laico comprehensus, & Episcopus à iudice laico requisitus possit sine metu irregularitatis copiam talis renunciationis Clericatus illi praeberet? Idem quaeritur de copia degradationis verbalis.

Diana *cit. in sine subdit.* (Notandum est etiam illud, quod *Germensis*, ubi supra, testatur in



Reum: at omnes Doctores clamant, processum iudici Laico non posse dari ab Ecclesiastico, ut *supra* §. 10. n. 21. Vidimus, *Legge Tancredi*, p. 2. g. *mor. vr. 1. Esq.* qui latè hoc profequitur, sed hujus nostræ solida rationis non meminit.

#### QUARTUM.

4471 *An iudex proferens sententiam sanguinis contra delinquentem, incurrat irregularitatem, quando ad executionem mortis requiritur sententia alterius iudicis?*

[Respondeo, esse distinguendum; si enim posterior iudicis sententia utatur processu, seu probationibus, seu sententia habita à priore iudice, quia tunc uterque concurrat ad mortem, uterq; incurrit in irregularitatem; si non utatur, liber erit prior iudex, & solus posterior in illi incidet; quia tunc prior iudex nullo modo concurrat ad mortem. Non est igitur audiendus Henricq. *lib. 14. c. 12. n. 5.* cui adhaeret Avil. *de Censur. p. 7. d. 5. sect. 1. dub. 1.* qui in hoc casu priorem iudicem liberat semper.] v. n. 3543.

#### IRREGULARITAS TOLLITUR

4472 *Quatuor modis. Primò per Baptismum: per eum tolluntur irregulares ex delicto, puta homicidii, mutilationis, &c.*

Item ex defectu lenitatis: *ut in num. 3434.* Non tolluntur irregularitates ex defectu durante, uti sunt ex bigamia vera, & reali, ex infamia; ex defectu animæ, corporis, libertatis, &c.

4473 *Secundò, per cessationem causæ, seu defectus. Sic cessante infamia per publicam emendationem, aut defectu corporis, vel defectu ætatis, tollitur irregularitas. Et in obligato ad publicam rationem, post rationes redditas cessat irregularitas, seu impedimentum, ut promoveatur ad Ordines.*

4474 *Tertio, per Professionem Religiosam: sic cessat irregularitas naturalis, & Ordines tamen, minime quoad dignitates, & prælaturas: v. n. 4484.*

#### QUARTO PER DISPENSATIONEM.

4475 *Papa potest in omnibus irregularitatibus dispensare, Canon. quæ regularitas est de jure Canonico, iura quæ sunt Summi Pontificis, cum sit episcopus, & in suis subditis, & in sua Diocesi, in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto, prout nientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, suppleto in iusto, non cedit, sed ex proposito patratio: *ut in n. 1376.**

Potest dispensare in irregularitate ex mutilatione occulta; quia hæc in jure non capitur. Quid sit occultum: *vide à n. 337.*

4477 *Pro irregularitate ex heretico delicto, Episcopos solum in bigamia, & inordinata dispensare potest, minime in re, ex Declar. S. Congr. Conc. apud Fagnanum *in lib. 1. Decr. c. quoniam 13. de Censur. c. 1.* Nec interpretativa.*

4478 *Posse tamen dispensare eum qui linguam latinam parùm callet, & in quovis illegitimo ad Minores Ordines beneficium simplex, etiam si habeat auctoritatem, docet Ant. à Spir. Sancti. *de Irregular. 13. disp. 2. sect. 12. n. 13.* c. 1. *in D. 1. vr. 2. ref. 86. & par. 4. tr. 2. ref. 62.**

4479 *Archiepiscopus non potest cum subditis Episcoporum suffraganeorum dispensare, nisi in actu appellationis; quia tunc subditi ratione appellationis.*

4480 *Prælati Regulares possunt cum subditis dispensare in omni irregularitate, excepta ea, quæ oritur, 1. Ex homicidio*



irregularitas in iusto, non casuali, sed ex proposito parato. 1. Ex mutilatione pariter voluntaria, & iniusta, ex proposito parata. 2. Ex regimine vera, & interpretativa. Unde possunt dispensare in similitudinaria. Constat ex verbis relatis *n. 337*. Et maxime ex verbis Bullæ Maris Magni Minorum Sixti IV. *Incip. Regimini*. Quibus conceditur facultas

448. Generali, & Provincialibus Ministris dicti Ordinis, pro tempore existentibus, illorum Vicariis, dispensandi cum dicti Ordinis Minorum professoribus defectum natalium, ex adulterio, sacrilegio, incestu, aut quovis alio nefario, & illicito coitu provenientes, patientibus: nec non cum his, qui ex quavis causa, præterquam homicidii voluntarii, bigamie, & mutilationis membrorum, irregulares fuerint, postquam Ordinem suum professi fuerint, ut defectu, & irregularitate huiusmodi non obstantibus, irregulares ad quoscumque, etiam ad Sacros Ordines, promoveri, & in illis, etiam in Altari ministerio, ministrare; & tam ipsi irregulares, quam defectum natalium patientes, ad quascumque administrationes, & officia dicti Ordinis, eligi, recipi, & assumi, acque gerere, & exercere liberè valeant, sine scientia, & autoritate prædicta contrariis.

448. Idem conceditur in aliis Bullis Maris Magni Prædicatorum, & aliorum Mendicantium. Et quia ibi excipiuntur expressè aliquæ irregularitates jam recensitas, facultas ad dispensandum ampliatæ in omnibus aliis; præterquam exceptio siemae regulam in non extenditur. Ant. à Spir. Sanct. *cit. n. 337. §. 334. L. c. de pœnis des. q. 135. Dian. p. 4. tr. 2. res. 12. p. 1. tr. 12. res. 12.* cum pluribus, ob eandem rationem idem docent de irregularitate ex defectu lenitatis, Mattheucci *in Officio Curato. 2. pag. 146.*

448. Excipiuntur irregularitates ex defectu animæ, & ex defectu corporis, *n. num. 4427* recensitæ, defectu durante. Unde rectè ait Mattheucci *cit.* non posse Prælatos Regulares dispensare cum suis subditis amensibus, furiosis, epilepticis, lunaticis, enragamentis, enormiter leprosis; cum abstemis, deformiter gibbosis, notabiliter claudis, & gallico morbo affectis; cum habentibus manus tremulas, ut sit effusionis periculum; cum omnino illiteratis, & similibus; huiusmodi enim non possunt, nec decenter, nec congruè Altaris ministerio deservire *v. num. 4427.*

448. Insuper quamvis in recensita Bulla Sixti IV. concedatur Prælatibus Regularibus, nimirum Generali, Provincialibus, eorumque Vicariis, potestas dispensandi cum suis subditis, quovis modo illegitimis, non solum ad Ordines, verum etiam ad Prælaturas; quo ad Prælaturas fuit restricta à Gregor. XIV. per Bullam *Circumspecta*, hoc modo, ut talis dispensatio ad Prælaturas fieri non possit à Generali, vel Provinciali, nisi cum Capitulo Generali, vel Provinciali, seu intermedio Capitulo, videlicet cum Congregatione pariter Generali, aut Provinciali. Hæc sunt verba:

448. Volumus quoque, ac licere Generali, aut Provinciali singulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat juxta tenorem privilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo usu recepta, nec aliàs sub illis revocationibus comprehensa sint, ut præfertur, in hac parte revocamus, cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Provincialis, cum Generali Provinciali, seu intermedio Capitulo (& non aliàs) suffragantibus meritis, dignos judicaverint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac



dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas, & inde sequutas quascumque, & antea, vltre, & tenere perinde, ac si supradictæ Const. non emanasset. ]

4486 Addit Mathæucci *in te. 2. Offic. curia pag. 158. nu. 30.* semper excipi Generalium, ad quem nullo pacto Religio cum illegitimis potest dispensare; idque colligit ex Const. *Romanus Pontifex* Innoc. XII. edita super facultatibus Majoris Penitentiariæ; & ex usu.

4487 Confessarii verò Regulares (quidquid ad favorem dicat Ant. à Spir. Sanct. *cit. num. 332. cum pluribus*) nullo pacto valent cum secularibus super irregularitatibus, sive ex defectu, sive ex delicto, dispensare, ut constat ex Bulla Clem. VIII. *in num. 3474.* relata, ubi expressè id prohibetur. Et multominus possunt Confessarii seculares.

4488 Per Bullam Cruciatæ super nulla irregularitate potest dispensari. Com. quia per eam solùm datur potestas ad absolvendum à Censuris.

4499 Commissarium verò Cruciatæ posse dispensare cum illegitimo habito ex matrimonio invalido ob impedimentum affinitatis ex copula illicita in primo, & secundo gradu, Item in Bigamia similitudinaria, defectu lenitatis, & aliis, exceptis iis que oriuntur ex homicidio directè voluntario, heresi, apostasia à fide, Simonia, & mala Ordinum susceptione; tenet Anton. à Spir. Sanct. *cit. § 34.* Citans Dianamp. 1. à 11. à *ref. 110. ad 115.*

#### PRO DEFECTU CORPORIS,

4490 ET respectivè pro defectu animæ duo sunt attendenda.

Primum, quòd benignius sit agendum super defectu post Ordinum susceptionem secuto. communis. Unde Bonac. *dis. 6. de Irregu. qu. 2. p. 2. num. 25.* Et in compendio *qu. 2. de Irregu.*

ex defectu, inquit ( multi tamen casus reddunt hominem inhabilem ad Ordinum suscipiendos, qui si adveniant post susceptionem non reddunt hominem inhabilem ad suscipiendos, ut amputatio pollicis, dicitur in Sacerdote.)

4491 Secundum. Quòd defectus corporis, qualis esset amissio oculi dexteri, vel libet alius, qui reddat patientem inhabilem ad Altaris Ministerium, & ideo ad Ordinis, vel qui adfert, de fornicatione, talem tamen, ut possit facilius irregularitatem non induci, ut communis docent Doctores. Venerus in *Exam. Etic. cap. 22. num. 3.* Diana *p. 4. r. 2. ref. 71.* Bonac. *dis. 7. qu. 2. p. 2.* Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. dis. 11. quest. 3.* Tambur. *tom. 2. de Sacram. tract. 4. cap. 3.* Laender *part. 5. de Penit. dis. 2.*

Et innumeri alii; quorum fundamentum est, quia Sacri Canones nil aliud narrant nisi expellere ab Altari notabiliter deformes & inhabiles, & consequenter constant quòd inunctis casibus, in quibus deformitas non habetur, & notabilis deformitas facilius vitari potest, ac tegi, negligenter; quoniam cessante materia cessat & lex.

4492 Dicitis non opponitur *Leone. qu. 43.* & Villalobos *tr. 1. dis. 3.* qui asserens irregularem eum, qui caret pollicis, vel indicis; quia id affirmat expressè suppositione, quòd talis sit inhabilis ab hostia elevationem, ac fractionem, & tebit eos perlegenti.

4493 S d potius dicta firmat *Leone. in ca. ultimo de corpore ordinis* in quibus (omnis Monachus propositus, qui in annu s i uerilibus esset constitutus, & barra fec. ea super dextera lux pollicis tuito casu cadens, unguam avulsa)



non citra mandamus, quatenus si ad frangendum Euchariſtiam ſit in pollice ipſo pollex, & aliud canonicum non obſiſtat, propter deformitatem huiusmodi non dicitur, quin em ad Ordinem promoveas inter totis. ]

4498 ſine cum caſus contigerit, quòd Sacerdoti fuerit caſu abſciſſus pollex ſiniſtræ manû, ipſe tamen ( ut examine, & experientia compertum fuit ) iuvamine indicis ſiniſtræ manû, qui vice ſiniſtri pollicis aptum ſibi mun præſtabat, faciliter hoſtiam frangit, & ſine deformitate elevabat: fui voti, quòd non eſſet à Sacerdotii uſu removendus; ſuorumque iure, 1. Quia defectus erat in pollice ſiniſtro, qui tantum ſervatur dextro, in ſuorum ad frangendum reſidet; & in caſu huiusmodi defectus fuit in pollice dextro, 2. Quia in caſu Canonis defectus accidit ante huiusmodi ſuſceptionem; in meo autem contigit poſt ſuſceptum Ordinem.

4499 Idem dicerem, ſi pollex fuiſſet abſciſſus vi ſelopeti fracti in venatione à Sacerdote ipſo facta recreationis cauſa, & ſine ſuorum.

4500 In hoc namque caſu non poteſt dici, quòd ſit removendus à Sacerdotii uſu mutilator; quia cum digitus non ſit membrum, ex num. 4424. qui illum abſciſcit, non eſt mutilator.

4501 Nec ex vi capitis: *Qui partem diſci-* *plinae* *partem* *cujuſlibet* *digitu* *ſibi* *ipſi* *vo-* *lunt* *abſciſſit*, hunc ad Clericam Canones non recipiunt; quia textus expreſſè loquitur de abſciſſione; noſter autem Sacerdos, & Clericus operam rei illicita, nempe venationis, prohibita, quamvis volens venationem, pollicem haud abſciſcit volens; non dicitur, ut eſſe certum; nec indirecè, cum non per accidens, minime per ſe, & regulariter venatione pollicis abſciſſio ſecuta, ut

diſcuntur: eo nimirum Theologi de voluntario. *vide* *anum.* *2.* *24.*

4502 Adde, textum per illud verbum *Volens* loqui de iniquè abſcendente, *ut dixi in* *n.* *4444.* Et ponderat *Del Bene* *tr.* *5.* *ſect.* *21.* *n.* *8.* *enerus* *in* *Exam. Episcop.* *lib.* *1.* *cap.* *22.* *n.* *2.* & firmatur *ex cap.* *1.* *de Clericis pugnanti-* *bus in Duello.*

4503 Dixi: *Et ſi dederit operam rei illicita*, quia illicitam eſſe Clerico venationem ferunt non ob periculum, & indecentiam, licitam verò eſſe venationem avium, leporum, & ſimilium, non clamorofam, ſed modèſtam, cum retibus, aut laqueis. & cum aliquibus canibus recreationis cauſa, docent *Venerus* *in Exam. Episcop.* *lib.* *5.* *c.* *25.* *n.* *2.* & *Diana* *p.* *3.* *tr.* *6.* *ref.* *29.* Qui ait, illicitam eſſe Clerico venationem clamorofam, ſeu cum ſtrepitu, & vocibus, *ex cap.* *1.* *de Clericis Venat.* *cap.* *2.* *cod.* *iii.* quam venationem clamorofam ( addit ) non eſſe mortalem, ſi non ſit frequens, ſed raro fiat.

## C A S U S.

4504 *J*uvenis quidam Clericus Diaceſis *A.* ab infantia totali calvitio laborans, ac proinde Clericali coma alienis capillis conſulta ſibi adaptata, ab Episcopo Diaceſis *H.* *ret conſuetu* ( *proprio Ordinaru legitima facultate obtenta* ) Minoribus ſuit initiatus. Tandem querit: *An ſit irregularis ex defectu corporis, ut ei præcludatur iter ad Ordines Sacros?*

Quamvis Doctores de Irregularitate ex defectu corporis agendo quamplura vitia enumerent, calvitium totale regulariter ſilent; quandoquidem etſi vitium irregularitatem inducens non cenſeri compertum eſſe debeat, ſi tantummodo ſit quo ad aliquam capitis partem; notabilem tamen deformitatem, & horrorem aſſerre, præſertim in juvene, ſi totale ſit, quis non videt?



4505 Nihilominus dicere, calvitium etiam in tot. le. & in juvene, nullū horrorem afferre, cum allueti sumus cernere homines incedere solitos omnino sine capillis, quales sunt Mihemetani, damnati tricenariis, & alii multi, qui nec horrorem nobis afferunt, nec ad risum nos provocant.

Id inquam dicerem in exemplum, ut potē à Gentilibus, & hominibus perditis, aut infimæ plebis desumptum, valde ineptum redderetur vicis Sacris Altaribus deputandis cum in cap. *Illiteratos, disp. 36.* dicatur (vitiōsū nihil Deo prorsus offerri, legalia præcepta sanxerunt.)

4506 Adde, valde dispar esse exemplum, quoniam allati homines, quos omnino sine capillis inspicimus, cum sua capita abradant, capillorum pilorumque vestigia ostendunt, & ideo non inducunt horrorem; non ita præfatus juvenis, quem capite prorsus mundo supponimus. Et hac ratione rejicitur Religiosum exemplum, quod à nonnullis Monachis posset desumi in quare nō præteream Ecclesiam arte velle in Monachis ad honorem quod humana malitia in Petri capite voluit ad opprobrium.

Et iterum, adde nos non esse assuetos sic mundos capite cernere sæculares Clericos juvenes, & quidem eos Altaribus ministrare non intueremur sine risu, aut horrore.

Qua propter satis rationabilis habenda est difficultas novissime mota: An præfatus Clericus irregularis censendus sit? Pro cuius resolutione, quid sentiam, requisitus:

4507 Dico, præfatum clericum irregulare non esse ex defectu corporis, ac proinde non esse ei præclusum ad Ordines sacros. Colligitur ex Canonibus citandis, & ex communi Theologorum doctrina.

Ratio est, quia nullum adeest caput irregularitatis, ex defectu corporis. Ostenditur sic

discutendo: irregularitas enim ex defectu corporis, juxta communem Doctrinam triplici capite potest oriri: primo ex defectu sexus virilis; secundo, ex defectu membra- rum, aut salutis corporalis, tanquam non habeat ad ministrandum Altari; tertio, ex defectu inducente notabilem deformitatem, aut horrorem: *id est: notabilem*, quia deformitas sit modica, irregularitatem non inducit, pro certo docet communis, ex cap. *De Clericorū de approbatione, & in tota materia per viciatis.*

4508 In re autem nostra ex nulla defectu capitis irregularitas oritur, non quia ex primo, ut supponimus; nec ex secundo, quia membrum est pars corporis, quæ cum per se distinctum habeat a cetero, ut lignares &c. capilli autem, supercilii, &c. cum solum sint ad ornamentum corporis, nullam operationem per se distinctam habeant, pro certo membra non sunt, ac inde nec mutilationis materia, ut docet communis Doctores citandis, neque potest inhabilem reddunt ad exercitium Ministerii & Ministerium Altaris: *v. d. n. 444.*

4509 Nec tandem ex tertio, quia deformitas, quæ ex capillorum defectu oritur, sic cilime potest vitari per usum comæ, & confictæ, uti ea allatus juvenis utitur, proinde non est censenda notabilis, & irregularitatem inducens.

Hæc illatio præterquam sit clara, & straturus à fortiori ex communi Doctrina doctrina.

4510 Et Primo. Carens, oculo irregularis est; si autem notabilis deformitas non appareat, vel si appareat, per partem confictam irregularis non est. *Leander Paris Eccl. r. 2. disp. 2. § in comp. tit. 4. r. 1. Tambur. tom. 2. lib. 10. r. 4. cap. 8. r. 1. & apud ipsum, Nav. Hurt. Sicut. Per.*



4511 Secundò. Carens auriculis; quia defectus valde faciem deturpat, irregularis est; si tamen capillis faciliter occultaret defectus, irregularis non est. Leand.

*In comp. num. 3. Tamb. cit. num. 8. Vinc. de Censuris disp. 11. q. 3. Bonac. disp. 7. quest. 2. punct. 2. Diana part. 4. tr. 2. res. 74. Et in summa, de Irregularitas ex defectu n. 19 & similia apud ipsos.*

4512 Tertio Carens naso vel illius parte irregularis se est; quia quæ exigua deformitas est in exteris membris, magis conspicitur et in naso, si tamen alicujus artis operæ, vel fornicæ carnis imitante, indecolor non appareret; irregularitatem effugeret. Tamb. cit. num. 9. qui idem vult esse defectum de cicatrice, vel simili existente in cute aut gutture. Ita etiam Leand. cit. in comp. n. 6. Gabr. à S. Vinc. cit. n. 75.

4513 Quarto, Claudus, si sine baculo ambulare non potest, irregularis est; si tamen baculo potest ad Altare accedere, irregularitas non est. Similiter habes pedem, aut crura ligneam, vel crura valde distorta & pariter pedes, irregularis est; & tamen irregularitas non est, si vestium oblongatum usu deformitatem tegere possit. Ita Leand. cit. in comp. num. 8. Tamb. cit. num. 17. & 18. Gabr. à Vinc. cit. num. 82. & 83. & alii multi apud ipsos.

4514 Idem docent de illis, qui carent unguibus, & universaliter in omnibus sensibus, in quibus deformitas notabilis vitari potest, & eorum ratio est eadem de num. 4495. Et hæc ex causa Doctores quamvis sint solliciti numerandis quamplurimis ejusmodi defectibus, defectum totalem capillorum regulare sicut; quia nimirum ex aliis resolutionibus clarè patet, quid sit dicendum.

4515 Cum igitur in nostro casu deformitas potest, Exam. Ecclesiast. Tom. I.

tas faciliter tegatur usu præfate comæ clericalis exinde existimari debet irregularitas. Nec officit si in superciliis desint pili, quia parum pro nihilo reputatur, & in hac materia etiam locum habet parvitas.

3516 Neque huic resolutioni adversatur Alarius lib. 6. Canonum Consec. fol. 657. num. 3. ex Sacro lib. 6. cap. 9. num. 6. hæc habens (idem [suppletu, irregularitas inducitur] si capilli capiti, & barba in totam exciderint, si id contingit ex lascivia & libidine, cum hujusmodi sint infames (non adversatur inquam, primo; quia intelligi debet, quando deformitas non tegatur, ut liquet ex dictis. Secundò, quia solum ex capite infamie irregularitatem arguit [ & sic non sumus in casu] minimè ex capite deformitatis; & citè, quoniam hæc potest legi.

4517 Meam resolutionem, meam querationem firmat. Autoritas proprii Episcopi, qui rei conscius, adhuc præfatum Juvenem, etiam litteris, dimissorialibus sui proprii Ordinarii munitum, irregularem non judicavit, sed ad minores promovit; & nõ ex alio motivo (ut credere oportet) nisi ex præfato prædictis casibus solidato.

4518 Adde, quòd si totalis capillorum defectus allatum juvenem, à minoribus ordinibus non impedivit, nec eum impedire debeat à sacris; ratio est, quia defectus illi, qui notabilem deformitatem, afferunt, irregularitatem inducunt etiam quoad Minores Ordines & statum Clericalem: ita expressè habetur, cap. si quis e. H. qui, c. Eunuchus, cap. qui partem dist. 55. & cap. Illucratos dist. 56. id etiam docent Gabr. à Sancto Vinc. cit. num. 67. & 74. & Tamb. cit. c. 7. n. 3.

4519 In plura protenderet n. citati Doctores, ex Canonico jure moti, præsertim ex Clem. si furiosus de homicidio, cum Panorm. in cap. 1. de Corp. Vitatis, & in cap. 1. & 3. de



*Cleric. agr. mihi si bene a tu uicerent, inuen-  
tes, in calu dubio, Episcopi esse iudicare, &  
decernere, an defectus, vel deformitas sic ita  
notabilis, ut irregularitatem inducat.*

DE DEPOSITIONE, ET DEGRA-  
DATIONE.

4520 **D**epositio est pœna, qua Clericus  
beneficio, aut usu Ordinis, vel ut-  
roque perpetuò privatur.]

4521 Degradatio (est pœna, qua Clericus  
non solum Beneficio, & usu Ordinis perpe-  
tuo privatur, verum etiam extra statum Cle-  
ricorũ eicitur, & Clericalibus privilegiis per  
solemnem sententiam, & certis solemnitati-  
bus, sine spe restitutionis exiit.) Hæc definitio  
est degradationis completa, prout verba-  
lem, & realem degradationem complectitur.

4522 Degradatio enim est duplex, verbalis,  
& realis, seu actualis. Verbalis est ipsa iudi-  
cis sententia, qua Clericus munerum, & pri-  
vilegiorum Clericalium perpetua amissione,  
sine spe restitutionis, punitur.]

4523 Degradatio realis, seu actualis, &  
solemnis, est ipsa executio sententiæ, & est  
perpetua, & actualis privatio muneris, & pri-  
vilegii Clericalis, post sententiam effecta, ad-  
iuncta reali actione, & cæremonia per Cano-  
nes instituta.

Degradatio verbalis, dicitur depositio,  
quia adhuc sic degradatus gaudet privilegio  
fori, & Canonis, ita ut non possit à iudice  
laico puniri, nec sine excommunicatione  
percuti. Per degradationem verò realem, &  
actualem, utrumque privilegium amittit, ita  
ut possit à laico puniri, & sine excommunica-  
tione percuti.

4523 Degradatio verbalis dicitur respec-  
tiva, quatenus est ordinata ad realem, &  
actualem.

4524 Censura, depositio, & degradatio  
conveniunt in hoc, quod quilibet est privatio  
spiritualis muneris, & quod privatio  
Clerico conveniat.

4525 Diferunt verò, quia censura est  
na medicinalis inflicta ad continuationem  
cendam, unde non est ex sui natura perpe-  
tua, sed infligi solet ad tempus, intendens  
reformationem, satisfactionem præstita. Et si est  
perpetua, potest per absolutionem, aut res-  
tutionem, tolli ab eo, qui illam infligit.

4526 Depositio verò est pura pœna  
natura perpetua. Sic pariter est degradatio  
actualis, & realis, quæ tamen à degradatio-  
ne verbalis differt in hoc, quod privatio non fit  
usu Ordinis, & beneficii, sed etiam omni pri-  
vilegio Clericali fori, & Canonis, per  
verbalis, ut in n. 4523.

4527 Degradatio verbalis, fieri potest  
absentem. Realis verò non nisi in præ-  
sentem.

4528 Itè realiter degradatus, non potest  
in integrum restitui, nisi à solo Papa. Ver-  
baliter degradatus potest restitui per Episcopum,  
si degradatio fuit ob delicta non gra-  
viora adulterio, cap. *at si Clerici, §. de delictis  
clericis.*

4529 Graviora adulterio dicuntur Simonia,  
Homicidium, Pignatellus *in  
consult. 91, n. 16. Clericatus citat. 3, n. 7.*

4530 Degradatio realis nõ tollit castita-  
tem, quia est indebilis; unde sic degra-  
tus tenetur ad votum castitatis. Item ad  
cas, si pœna, ad quam damnatus est, non  
impediat; uti posset esse damnatus ad  
mes.

4531 Clerici autem condemnati ad  
mes non sunt prius realiter degradandi,  
consuetudine, & pluribus Decretis S. Cong.  
Pignatellus *cit. n. 4. §. 5.* Nisi essent damnati  
propter hæresim; *ex c. 1. de Her. in 6. ab Episc.*



de degradatio realis non infligitur, nisi in  
quibus Clericus est Curia seculari  
adendus, & in quibus ab ea pena mortis  
incutitur.

433 Prælati Regulares non possunt suos  
subditos degradare. Unde Episcopi est co-  
muni causam degradationis cognoscere. Cle-  
rici. n. 15. ut in n. 4535.

**SOLEMNITAS DEGRADATIONIS  
VERBALIS**

433 Prescribitur, in cap. 2. de Pœnis in 6.  
Proprius Episcopus, assistentibus  
aliis sex Episcopis, in condemnatione  
Presbyteri, tribus autem in condemnatione  
Diaconi, vel Subdiaconi, & coram his tan-  
quam Assessoribus, & iustitiam causæ co-  
sistentibus, sententiam in criminofum  
pronunciet.)

434 Si quis Episcopus. Causa. 15. quest. 7.  
Episcopus Sacerdotibus, ac Ministris solus  
iurisdictionem dare potest, sed solus auferte non  
potest. Si enim hi, qui in hoc seculo à do-  
minici honoris libertatis adepti sunt, in  
crimini jugum non revocantur, nisi publicè  
per Praetores, ac Præsides Tribunali foro  
sunt accusati. Quanto magis hi, qui divinis  
sacramentis consecrati, honore Ecclesiastico de-  
corantur? Profectò, qui nec ab uno daminari,  
nec ab uno iudicari, poterunt honoris sui privi-  
legio eximii, sed præsentis Synodali iudicio,  
quod Canon de illis præcepit, oportet desin-  
tere. Idem cap. Felix ibidem in cap. Non po-  
test. Et Re iudicata.

434 Ob difficultatem autem congregan-  
di Episcopos abfentes à propriis Ecclesiis, &  
debita juris executio contra Clericos cri-  
minofos differatur, Concilium Trid. sess. 13. ca.  
4. de refor.

Edicit Decretum tenoris sequentis (Cum  
vitiata gravia nonnunquam sint delicta, ab

Ecclesiasticis commissa personis ut ob eorum  
atrocitatem è sacris Ordinibus deponenda,  
& curia sint tradenda seculari, in quo secu-  
dum sacros canones certus Episcoporum nu-  
merus requiritur, quos si omnes adhibere dif-  
ficile esset, debita juris executio differretur;  
si quando autem intervenire possent, eorum  
relicta intermitteretur: propterea statuit,  
& decrevit Episcopo per se, seu illius Vica-  
rium in spiritualibus generalem, contr. Cleri-  
cum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus  
constitutum, etiam ad illius condemnationem,  
necnon verbalem depositionem, & per se-  
ipsum etiam ad actuale, atque solemnem  
degradationem ab ipsis Ordinibus, & gradibus  
Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum  
Episcoporum præsentia in numero à canoni-  
bus definitò requiritur etiam absque illis pro-  
cedere liceat: adhibitis tamen, & in hoc sibi  
assistentibus totidem Abbatibus, usum Mitrae, &  
Baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si  
in civitate, aut diocesi reperiri, & commo-  
dè in retelle possint: alioquin aliis personis, in  
Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ atate  
graves, ac juris scientiæ commendabiles exi-  
stant.

435 Ubi nota, Episcopum ad verbalem  
degradationem seu sententiam posse per se,  
vel per suum Vicarium Generalem procedere;  
quia est actus iurisdictionis, ad quem non est  
necessaria potestas Ordinis: ut à num. 4387. sed  
iurisdictionis; & Vicarius Generalis quoad  
iurisdictionem facit unum, & idem Tribu-  
nal cum Episcopo: Actuale verò, seu solem-  
nem actum degradationis exercere non po-  
test, nisi Episcopus consecratus proprius, vel  
alius Episcopus consecratus de proprii com-  
missione, quia est actus Ordinis Episcopalis.  
Joan. De Castillo de censuris tract. 10. dub. 1. n.  
17. Et com de cap Transmissa; Et Panor. in  
cap. Non potest de sens. Et re iudic. num. 3.













manu utendo in singulis spoliationibus, verbis terrores, oppositis eis, quæ in collatione Oranis proferuntur; v. gr. in remotione casula: *Auferimus tibi vestem Sacerdotalem, & te honore Sacerdotali privamus.* In remotione verò ultimi instrumenti, quod in Ordinum susceptione fuit primum, dicit: *Authoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Nostra, tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni Ordine, beneficio, & privilegio Clericali.*

Non solum autem spoliatur vestibus, & insignibus Ordinum, sed etiam veste talari, aut habitu Religioso. Insuper raditur in capite, & si est Sacerdos, in manibus, idque ad terrorem tantæ condemnationis. Sic spoliatus ligno calcei repellitur, & inde traditur, ac relaxatur judici seculari, ut ejus jurisdictioni tanquam purè laicus subdatur. Inde per satellites ad Curie secularis carceres ducitur ultimo supplicio plectendus; Episcopus tamen à judice seculari petit, ut misericorditer agat, & Reum circa mortis, vel mutilationis poenam puniat. Arauxo *tr. 1. q. 4. n. 15.* Clericatus *cap. 153. n. 13.*

#### CRIMINA OB QUAE CLERICUS EST DEGRADANDUS, ET RELAXANDUS

4542 Jure Canonico sunt tria, 1. Crimen heresis manifestum, *c. ad abolend. xxi. c. Excommunicamus de Hæreticis, Sc. 1. eodem tit. in 6.*

Requitur, quòd Reus sit relapsus, vel negativus, seu impenitens; convictus tamen per legitimos testes, etiã super credulitate, & pertinacia.

4543 Secundum est falsificatio litterarum Papalium, *c. ad falsarium. De crimine falsi.*

4544 Tertium est gravis calumnia ptoprio

Episcopo illata, *c. si quis Sacerdotem 1. q. 9. 1. Requiritur incorigibilitas. Gratianus cum non ab homine 10. de Indulc. Abbas. At si Clerici n. 37. eod. tit. Suarez de Con. 30. sect. 2. n. 4. De Castillo de Conf. tr. 1. n. 24. Qui addit, hoc esse communitate criminis enormi, alioquin in Latere poena digno: *ni à. num. 781. ad 790.**

4545 Ex constitutionibus Pontificum duntur, 1. Sodomia frequentata: *R. P. Const. 72. Horrendum illud, 2. Clericatus Sacerdos Milliam celebrans, aut Confessiones audiens, & absolvens: Clem. VIII. cap. 81 & si alias, 3. Solicitans in confessionibus heres ad turpia gravitate excessiva: *Greg. II. Const. 34. Universi, 4. Monetarii, vel rudentes, aut falsificantes: Clem. VIII. Urb. VIII. in suprema anno 1627. art. 17. 5. Copulam sacrilegam, & frequentem Moniali habens. Pignatellus 10. §. con. 10. n. 1. Sed attendenda est praxis, nam in casibus nempe in 2. §. 3. casu praxis est contraria.**

4546 Denique Phœbeus *lib. 4. tit. 11. debet* Generaliter omne crimen enorme, quod sit dignum poena mortis in laico, nisi per ecclesiasticas poenas corrigi non possit, excipisse, ut Clericus propter illud seculari potestati tradatur: colligitur *ex c. c. Canonum de crimine 10. de judic. & notat Panorm. in c. 1. §. Clerici 4. eod. n. 39. & seq. Layman in c. 1. §. n. 9. aliique apud ipsum.*

4547 Idem habet Joan. Dicali in *10. de dif. 6. dub. 2. n. 25.* [Universi liter loquuntur sive de jure, sive de consuetudine, docentur pauci Authores, degradari posse ob aliam meum nimis enorme, atque Republicæ perniciosum, tradiq; Magistratui seculari. *Panorm. c. at si Clerici n. 39. & c. Canon in 10. de judic. Silv. verbo degradatus 9. 2. Toletus supra c. §. Tertia ep. Avila dub. 3. Molina disp. illa 29. Exemptum*



est in homicidio non simplici, sed qualifica-  
 tus contra ex eodem c. *Cum non ab homine.*  
 de Particidum, vel simile quid tali pœ-  
 nis dignum est. Item furtum non simplex, sed  
 qualificatum, ac sacrilegum; nam cum  
 in his criminibus Ecclesia non habeat con-  
 signatam pœnam, merito reus iudici seculari  
 remittitur. ]  
 §. 148. Deinum n. 30. subdit [ Pro praxi est  
 notandum, Magistratum sœcularem  
 in causa criminis merè Ecclesiastici, v. gr. in  
 causa hæresis, non posse cognoscere, & judi-  
 care de tali crimine; sed tantum secundum la-  
 icam declaratoriam sententiã à iudice Eccle-  
 siastico petere, juxta c. *ut inquisitionis*; §. *Prohibe-*  
*re de Heret. in 6.* in crimine vero non merè  
 Ecclesiastico potest petere à iudice Ecclesia-

stico processum, ut illius iusticiam cognoscat,  
 & examinet, & deinde reum sibi traditum, sui-  
 que fori effectum puniat. Ita Panormitanus o.  
 1. n. 22. de *Offic. Ordin.*

Sed quantum ad hoc, omninò, vide dicta à  
 n. 445 2. ad 4471. maxime à n. 4469. ad 4471.  
 quibus me remitto, & ah hereo.

De irregularitate, & pœnis, fuse agunt Pa-  
 gnanus lib. 5. c. *ad audientiam, de homicidio.*  
 Phœbeus in *instr. Canon. tit. 18. §. 19. Salvi*  
*sub propriis titulis.* Mastrius disp. 17. q. 5.  
 Leander to. 5. de pœnis. Tamb. to. 2. lib. 10. tr.  
 4. Gobat. in *experientius tr. 8. & pluribus in lo-*  
*cis.* Joannes di Castillo de *Censuris disp. 6. §.*  
 7. Ant. à Spir. S. de *Censuris & Pœnis tr. 13.*  
 Matthæucci in *Offic. Curie to. 2. c. 8. à pag. 127.*  
 Mendo in suis titulis.

LAUS DEO.

EXA.